

Alte Drucke

**COMMENTARIVS || IN EPISTO-||LAM DIVI PAVLI || APOSTOLI
AD || Ephesios,|| Scriptus ab || EGIDIO HVNNIO, S.
THEO-||logię Doctore & Professore in ...**

Hunnius, Aegidius

Frankfurt/Main, 1587/(1588)

VD16 ZV 27865

CAPVT IIII. ARGVMENTVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148399

Haec enim sunt nostra victimæ, vituli & fructus laborum laudantium Dominum, Osee 14. & Hebr. 13. Cultus certe Deo longè gratior, quam taurus habens cornua & ungulas, Psal. 69. quæ de re plura vide Psalmo 50. Ergo nunquam non pro infinitis meritis celebremus nomen sanctum Dei, Psal. 103. Et gratias agamus semper illi de omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Ephes. 4.

CAPVT IIII.

ARGVMENTVM.

TRIA potissimum tractat hoc capite Diuus Paulus. Primò instituit insignem exhortationem ad vnanimitatis studium. Deinde explicat liberalem donationem Iesu Christi, quæ locupletauit Ecclesiam suam, cum ad dextram maiestatis consedit. Tertiò ab impietate vitæ & peccatis varijs, quibus Ethnici sunt dediti, prolixè dehortatur Ephesios.

PRIMA PARS.

Horror itaque ego vincetus in Domino] Institutum est Ephesios ad concordie studium inuitare. Dicit ergo, se hortari illos serid, vt huius, quæ propositurus est, obtemperent. Ceterum adjicit: Ego vincetus in Domino: vt suæ admonitioni pondus addat, & auctoritatem apud Ephesios conciliet, quod eam ex vinculis & carcere

carcere ad illos perscribendam ducit, vt hinc coniecturam capiant, quàm sit cordi Apostolo, vt Ephesi inoffenso pede in pietatis semita progrediantur: Atque ipsi eandem sollicitudinem & diligentiam in exequendo sui Apostoli praecepto adhibeant, quàm is in præcipiendo. Propositionem constituit hanc: vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis. Et latet in ipsa propositione vis persuadendi ex honesti fontibus, dum vult illos dignè sua vocatione ambulare. Quasi dicat: Meministis, ô mei vos, è quantis & quàm densis tenebris sitis euocati in admirabilem Dei lucem, vt posthac in fidei & pietatis tramite ambulantes Deo vestra probaretis obsequia. Agite ergò dignos hac tam sancta vocatione vos gerite.

Cum omni submissione] Propositionem explicatius euoluit enumeratione virtutum, in quarum cultura vult laborare Christianos Ephesi agentes. Prima est submitio siue humilitas erga Deum & homines, ne se efferant, sed coram DEO se toto pectore humilient, in communi vita verò ad quosuis etiam abiectissimæ sortis homines se non ficta animi demissione accommodent.

Ac mansuetudine] Secunda virtus mansuetudo, cuius nomine poscit, vt tranquillo animi statu se comes ac mites exhibeant quibuslibet.

Cum animi lenitate] Tertia virtus *μετ᾽ ὀψιμύτην*, longanimitas, qua vult, vt animi affectus sic moderentur, ne se facile ad indignationē commoueri sināt: sed pacis studio de suo iure potius concedant, quàm ve-

S

tran-

tranquillitatem conuersationis turbari patiantur. Sicut ipsemet Apostolus *μακροθυμία* hanc definit, subiungens: Tolerantes vos inuicem: Hoc est, Christiana equanimitate ferentes, quod cōmode mutari nequit, & pia facilitate lenitateq; condonantes, quæ quis habet aduersus alterū. Idq; per charitatem, quæ cōuersationis mutua velut rectrix & moderatrix esto, è qua etiā ceteris fonte memorata virtutes omnes scaturiunt.

Studentes seruare vnitatem spiritus per vinculum pacis] Diligentiam & accuratum studium eis commendat retinenda vnanimittatis. Quod vocabulo (*ἁγδοῦτες*) innuit. Vnitatem spiritus intelligit sinceram animorū concordiam, à communione spiritus, quo reguntur p̄g, profectam: vt ipsorum corda vinculo pacis sint firmiter colligata & sic compacta, ne faciliē vnquam per grauiores dissensiones ab inuicem dissiliant. Et hactenus quidem propositionem potius suam exposuit, quidnam velit eos sectari, quàm vt rationibus eam stabilierit. Nunc autem argumentum suasionis longè efficacissimum subiungit, sumptum ab indiuisa communione bonorū, quibus Christiani simul omnes perfruuntur. Quæ (*συνάποισιν*) coaceruat Apostolus: vbi singula mēbra singula suppediāt persuadendi argumenta.

Vnum corpus] Vos estis vnum spirituale corpus in Christo, qui caput vestrum est, vos cū illius membra, tum inter vos ipsos quasi commembra. Ergo absurdū est, vt inter vos intestina alatis dissidia, quod esset in propria sanire viscera.

Vnus

Vnus spiritus] Sicut membra externi corporis eodem spiritu viuificata summo consensu in sui mutuam conseruationem conspirant: ita vos eodem spiritu, qui ex Deo est, viuificatos & in unitatem mystici corporis re-
daetos merito propter hanc spiritus unitatem concordet esse condecet.

Quemadmodum & vocati estis in vna spe vocationis vestræ] Vna est & indiuisa vocatio vestrum omnium ad communem hereditatem celestem in vna eademq; spe. Ergo huius etiam vocationis, spei & hereditatis *κοινωνία* vos de vnanimitate sancte colenda commonefaciat. Cum prorsus sit absolum & inconueniens, vt qui in aternam perpetuitatem vnā viuunt & regnabunt in cœlis, dissidia inter se alant in terris.

Vnus Dominus] Vnus est vestrum omnium Dominus, per quem sunt omnia, & vos per illum, qui est Christus Iesus, quod verò duplici iure vester est Dominus, tum quia vos creauit, tum quia prolapsos & perditos recreauit, suog; sanguine mercatus est. Ergo cum vni Domino seruiatis, huic vni militetis: æquum est vos esse pariter affectos & concordet.

Vna fides] Vna est & communis vestra fides, in vnum communem illum Dominum vestrum recumbens & respiciens. Absolum igitur hanc fidei unitatem dissensionibus perturbare & conuellere. Vnum etiam est baptisma, quo simul omnes in vnum *I E S V M CHRISTVM* estis baptizati. Quam scdum ergo fuerit,

S a si dē

si distractionibus animorum profanetis sacrosanctam illam actionem fœderis vestri, in quo Satana operibus, atque sic etiam disidijs sanctè renuntiastis?

Vnus Deus & Pater omnium] Habetis communem Deum, & eum quidem vnicum, cuius vos estis figmentum & opus. Par igitur vt figmentum sui conditoris vnitatem amuletur. Habetis vnum Patrem, cuius vos per adoptionis gratiam facti estis filij. Ergo decet vos tanquam fratres fraternam concordiam non dissipare, sed religiosè colere & alere.

Qui est super omnia] Quis sit ille Deus & Pater, explicat Paulus, videlicet tota Trinitas. Patris enim vocè non solum Trinitatis persona prima intelligitur, quæ aliàs Pater respectu Christi dicitur: sed hic Deus dicitur Pater omnium nostrum. Quo sensu etiam filius est Pater noster, Pater ille aternitatis, vt ab Esaia nominatur. Vnde haud raro discipulos filios suos nominat. Et Spiritus sanctus Pater noster est, regenerans nos ad vitam æternam. Cui in hymno Ecclesiastico acclamat Ecclesia: Veni Pater pauperum, &c. Singulas hæc personas suis distinctis caracteristicis notis expressit hoc loco Paulus. Nam dicens: Qui est super omnia: Patrem, tanquam primum omnium fontem & originem intelligit. Cùm subiungit: PER OMNIA, Filium notat. Quando addit: In omnibus: spiritum sanctum designat.

LOCI COMMVNES.

Primus. Efficaces esse admonitiones, quæ ab his, quibus

bus deuincti sumus, proficiuntur: cum vel ad emigrandam ex hac vita se componunt, vel inter alias insigniores calamitates, nostri cum affectu quodam solitudinis memores, ad officia pietatis exhortantur. Veluti Paulus e vinculis suis. Et pij in suis testamentis mortu vicini, vt Iacob, vt Iosua, vt Dauid, vt Tobias, & alij. Imò Saluator ipse, qui iam iam per passionem & mortem ad Patrem iturus, suos ad charitatem & tolerantiam sub cruce praeclara concione exuscitat.

Secundus. Apostoli Pauli vincula commones faciunt quoque nos de verorum ministrorum Ecclesia communi sorte. Quibus omnis generis aduersitates sunt expectanda, quod Satanae regnum vastent, omnemque vim tracundiae & furoris ipsius aduersum se concitent. Sed bene habet: Qui fidelis est vsque ad finem, & vice-rit, accipiet coronam vitae. Sicut Angelo seu doctore Philadelphienfis Ecclesiae promittitur his memoratu dignissimis verbis Filij DEI: Dedi coram te ostium apertum, & nemo potest claudere illud, quia modicam habes virtutem, & seruasti sermonem meum, & non negasti nomen meum. Ecce do de synagoga Satanae, qui dicunt, se Iudeos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & sciant, quod ego dilexite, quoniam seruasti sermonem patientiae meae, & ego seruabo te ab hora tentationis, quae ventura est in orbem vniuersum, vt tentet habitantes in terra. Ecce venio cito, tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum

columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei noua Hierusalem, qua descendit de caelo à Deo meo, & nomen meum nouum, Apoc. 3.

Tertius. Christiani perpetuo considerent, quam angusta planities cœlesti vocatione vocati sint, ad populum electum Dei, ad regnum CHRISTI, ad participationem sortis sanctorum in lumine, ad vitam æternam. Hac ergo vocatione tam præclara dignè ambulent, secundum apostoli præceptum. Non enim ad immunditiam peccatorum vocauit illos Deus, sed ad san-

Tit. 2. citatem vitæ. Illuxit quippe gratia Dei salutifera, castigans nos vt abnegata impietate & mundanis concupiscentijs sobriè, iuste, & piè viuamus in præsentī seculo, Et redempti sunt Christiani ab omni iniquitate, vt purificarentur in peculiarem populum, sectatorem bono-

Rom. 8. rum operum: vt posthac non secundum carnem ambulent, sed secundum spiritum: vt abstinentes à carnali-

1. Pet. 2. bus desiderijs aduersus animam militantibus, posthac conuersationem suam honestam habeant, ambulantes

Ephes. 5. vt filij lucis, probantes quid acceptum sit, nec commercium habeant cum operibus infrugiferis tenebrarum, sed vivant tanquam Filij Dei irreprehensibiles in medio nationis prauæ & tortuosæ, tanquam luminaria in mûdo, Huc huc inuitet nos vocatio nostra cœlestis, & hoc modo ambulantes dignè ambulabimus illà, dignè Deo, Colos. 1. Thes. 2 dignè Euangelio, Phil 1. sicut nusquam non illæ cohortationes in Paulinīs epistolis occurrunt.

Quartus.

Quartus. De humilitate, virtute Christianis appropriata, ad quam inuitet nos Dei exemplum, qui cum in altis habitet, ad humilia tamen se demittit ac respicit Psal. 113. in celo & in terra. Inuitet exemplum Christi, quod nobis ipsemet commendat: discite à me, quia mitis sum & Matth. 11. humilis corde. Qua Saluatoris humilitate Paulus Philippes suos admonet, vt per animi humilitatem alium quisq; se prestantiorem existimet. Inuitet nos ad illam dulcis promissio verbi Dei, qua edicit, eos, qui se humilant, exaltandos esse, & gratiam eis obtingere, 1. Pet. 5. Luc. 14. & Ezec. 21.

Quintus De mansuetudine. Qua tam est amabilis 16. virtus, vt totam conuersationem hominis gratam & iucundam efficiat. Hanc Paulus in Epistola ad Titum precipit exhiberi erga omnes homines. Et peculiari promissione Christus ad eam discipulos suos inuitat, Matt. 5. Beati mites seu mansueti, quoniam ipsi hereditatem accipient terra.

Sextus. De longanimitate, ne protinus ad quamuis iniuriã nos irritari seu exacerbari patiamur, sed in patientia malũ bono superemus, intuentes in speculum ex- Rom. 12. quistita longanimitatis Dei, qui non agit nobiscũ secundum peccata nostra, neq; rependit nobis iuxta iniquitates nostras, sed longanimis est & multa tolerantia. Cuius Exodi 34. filij censentur, qui Patris cœlestis imaginem hac in parte, vt & in alijs, expresserint. Ad huius virtutis amorem in nobis sanciendum, recordemur, nos etiam esse homines infirmitatibus obnoxios, vt aliorum etiam erga nos patientia & longanimitate nobis sit opus.

S 4

Septimus.

Septimus. De charitate, concordia, vnanimitate spiritus & animorum sancta consensione colenda. De quibus differendi explicata pericope latissimum campum aperit, & mare argumentorum, si quis hic copiosus esse vellet, subministrat. Pertinent autem huc consimilita

1. Corin. 11. loca apud Paulum, put. 2. quod omnes Christiani vnu dicuntur panis, vnum corpus, quia de vno pane participet:

1. Corin. 12. quod omnes per vnum spiritum in vnu corpus baptizati, omnes vnum spiritum hauisse: quod in vno corpore

Ephef. 2. Christi in vnum nouum hominem conditi, & in vno spiritu aditum habere dicuntur. In primis autem huc pertinet similitudo sumpta à membris in vno eodemq; humano corpore, quam accuratè tractat Apostolus, 1. Cor. 12. & Christianos itidem ad vnitatem isthinc hortatur, vt sint inter se concordēs & vnanimes. Quemadmodum

Act. 4. de primitiue Ecclesie discipulis legitur, quod multitudinis credentium fuerit cor vnum, & anima vna. Planè sicuti Saluator, Ioannis 13. sanxit & precepit,

Octauus. Quod hic vnus dicitur esse spiritus, occasionem nobis prabet explicandi locum Apocalypseos, quo dicitur: Gratia vobis & Pax ab eo, qui est, qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Diuina dona precatur Ioannes Ecclesijs Asiaticis à septem spiritibus. Ergo ne sunt septem spiritus, quibus conferendorum donorum diuinorum maiestas transcribitur? Ratione essentia certè nō sunt septem, sed VNVS est spiritus, vt hic dilucide proficitur Paulus. Vnus autem ille spiritus, perfectionis numero

appel-

appellatur septem Spiritus, ob multiplicia sua dona, quæ operatur in fidelibus.

Nonus. Cum scribit, vnam esse fidem, palam enunciat, nequaquam quemlibet in sua opinione saluari, sed vnam esse tantum fidem saluificam, quæ Deum in essentia & voluntate, Christum in Persona & officio rectè ac verè intuetur & agnoscit. Extra quam nemo quisquam saluari potest. Nemo enim potest venire ad Patrem, NISI per Christum, Ioan. 14. Et nemo iustificatur, NISI per fidem Iesu Christi, Gal. 2. Et non est in alio quoquam salus, nec aliud nomen, in quo saluari liceat, præter Christum, Act. 4. Neg, salutis fundamentum aliud poni potest, præter solum & vnicum Christum. In hoc omnis salutis nostra consistit prora & puppis. Qui hunc fide tenet, vitam aternam tenet. Qui alijs opinionibus ab hac saluifica fide deflectit, in præcipitia ruit æterna damnationis.

Decimus. Ex eo, quod vnum baptismum esse docet, monemur, Apostolum hunc omnibus ex aquo Christianis velle esse communem, & proinde non negandum paruulis. Quæ de re tum in explicatione capituli secundi dictum est aliquid, tum in sequente capite fusius disferetur.

Vndecimus. Ex eodem membro enumerationis Apostolica hoc quoque notandum venit, quod baptismus reiterari non debeat. Nam quod vsus Cœnæ Dominicæ reiteratur, facit expressum mandatum: Hoc facite, 1. Cor. 11.

QVOTIESCVNQVE biberitis in mei commemo-

S S rationem:

rationem : cū de Baptismo præceptum tale non ex-
 ter : Deinde quia in Baptismo Deus æternum & immu-
 tabile fœdus nobiscum sancit, quod respectu Dei ἀμε-
 Rom. 3. τανέλντον ita consistit, vt nostra incredulitas fidem
 2. Tim. 2. ipsius euacuare nequeat, sed si maxime nos increduli si-
 mus, ipse fidelis maneat, ac seipsum negare non possit:
 idcirco sufficit id fœdus semel esse initum. Et quia re-
 spectu Dei mutatur nunquam, quin hominem, qui et-
 iam per mortalia peccata exciderat, rursum ad gra-
 tiam serio aspirantem, ex vi semel initi fœderis bap-
 tismi in sinum misericordie sue recipiat: nefas omnino es-
 set, hoc immutabile fœdus repetere. Quod nihil aliud es-
 set, quàm Dei fœdus & promissum per hominum in-
 credulitatem contra citata Pauli testimonia irritum
 reddere. Ergo quia in isto initiationis Sacramento hoc
 potissimum agitur, vt per incommutabile fœdus, æter-
 nam voluntatem suam testificatam reddat Domi-
 nus: repetitione baptismus egeat nulla: siquidem Deus
 se aliter atque aliter non habet. Econtra verò quia fi-
 des nostra se habet aliter atque aliter, nunc firma est,
 nunc languida: ideo confirmatione quotidiana indiget
 per frequentem vsum Cœnæ Dominicæ. Cuius institutio
 huc potissimum spectat, vt illius salutaris vsus fidem
 languentem roboraret, eamq; ad viuendam consideratio-
 nē fœderis semel in Baptismo initi deducat & exuscitet.
 Duodecimus Confutari hinc etiam possunt, qui
 propter fractionem panis hodie rixas mouent, & vehe-
 menter vrgent, vt Panis Cœnæ Dominicæ sit vna qua-
 dam

dam massa, qua in vsu Cœnæ apponatur integra, ac de-
inde fracta distribuatur communicantibus. Eò quod
Paulus de mystico vsu Cœnæ differens scribat: Vnus enim
Panis, vnum corpus multi sumus, quia de VNO Pane
participamus. Si autem vnitas illa panis collocanda est
in vnitate massa: nõnne diuersa Ecclesiæ diuersis in locis
vntes Cœnæ Sacramẽto, neq; vnus panis mysticus, ne-
que vnum corpus erunt, quia non participant de vna
massa panis illius Sacramentalis? Atqui palam est, Apo-
stolum nihil de massa vnitate agere, sed de ea panis vni-
tate, qua in vsu sacro posita est, quo est panis ille ordina-
tus ad dispensationem & ϰοινωνίαν Corporis Christi.
Quaratione noster Panis, quo Marpurgi in Cœnæ ad-
ministratiõne vrimur, vnus est cum Francosurtensium
& Argentoratensium pane, vt verè possumus dicere, to-
tam Ecclesiã Christi toto terrarum orbe de VNO
tantum Pane in Sacramento Cœnæ Dominicæ partici-
pare. Quod etiam hinc Sole clarius elucescit, quia cum
hec de Panis vnitate scriberet Paulus Corinthiis suis,
non erat eo tempore Corinthi, sed Philippis, vnde &
transmissa est Epistola. Nihilominus apertè innuit,
quando ipse cum Philippensibus vtratur Cœnæ Do-
mini, Corinthiis verò in sua Ecclesiã: participare
se & Corinthios de VNO Pane, qui vnus est ra-
tione mystici vsus, etiamsi massa sint diuersæ. Sic-
ut vnus est omnium toto orbe fidelium Baptismus.
Qua vnitas non in fluminis vnitate consistit, sed
in communitate vsus, quia per aquam Baptismi &
quocunq;

quocunq, fonte aut flumine sumptam Deus & hic & alibi locorum eadem operatur cœlestia dona, fidem, regenerationem, adoptionem in filios, &c. Alias si moris sua vrgeant Nouatores illi, necessum eis erit, omnes Christianos ex vniuerso orbe vnum in locum cogere ad vnam quampiam ingentem massam panis, ne fortè ob separatos secundum loca panes periclitetur Christianorum spiritualis vnitas, quam vnius panis participatione significare voluit Paulus. Conuocandi item erunt ex omnibus gentibus baptizandi ad vnum quoddam flumen, ne baptismi vnitas ab apostolo hic predicata in discrimen aut periculum vocetur.

Decimustertius. De Deo: quem vnum esse scribit Apostolus. De qua essentia Diuina vnitate notanda sunt testimonia, Deut. 6. Eſaia 44. Malachia 2. 1. Corinth. 8. Gal. 3. 1. Timoth. 2. Iacobi 2. Porro hic numero & ὁ Θεός Deus vnus, Personarum distinctione trinus est: ad quam distinctionem Paulus digitum intendit, vbi distinctos characteres (quos & alibi Personis Deitatis tribuit, puta Rom. 11. & 1. Corinth. 8.) recenset: vt nomine Dei & Patris omnium hic tota intelligatur Trinitas: planè vt & apud Malachiam: Nunquid non Pater vnus omnium nostrum, nunquid non Deus vnus creauit nos (ad qua omnino respexisse videtur Apostolus) tota Trinitas infalibiliter notatur. Cuius testimonij Prophetici collatio cum Pauli verbis refellit Sacramentarios Bremenses, qui ex solo & mero contradicendi studio, spiritu compactionis incitati, meam hanc expositionem in questionibus

stionibus & responsionibus de Persona Christi allatam, suarum notationum carbonaria fuligine denigrare tentant.

Decimusquartus. Quoniam S. Apostolus Christianorum VNVM tantum Patrem agnoscit, eum videlicet, qui est super omnia, per omnia, & in omnibus nobis: valido ariete concutit & labefactat Romani Pontificis maiestatem, qui se totius Ecclesie Patrem alterum quasi (sed adulterinum) haecenus venditauit: non eo modo, quo Abraham pater dicitur omnium credentium, ratione solius imitationis fidei, cum qua Papa nihil habet commune: sed planè sublimi illo modo soli Deo debito, quo fiduciam in se quandam à Christi fidelibus collocari voluit, tanquam in eum, qui dare illis possit plenariam indulgentiam omnium peccatorum, & omnino ea possit in terris, quae Deus in cælis: quippe cui sit data omnis potestas in cælo & in terra. Vnde gaudet saluari Pater sanctissimus: permittit à suis palponibus acclamari sibi, quod sit Pater vniuersalis omnium ouium Christi, omnium Christianorum & Ecclesie caput & pater, ita vt omnes Christiani ad eum vt ad caput & patrem recursum habeant. Sed nisi nos Paulus fallat, & Paulo ad vnguem consentiens Saluator Christus: verè fidelibus vnus est Pater: vt integrum illis non sit huiusmodi sibi vocare Patrem alium in terras quoniam VNVS illorum est Pater, qui est in cælis, in Matth. 23. quo solo omnis paternitas in cælo & in terris ab. Ephes. 3. soluitur.

SECVN-

AD EPHESIOS
SECUNDA PARS.

A precedente commonitione transit Apostolus ad celebranda dona, quibus Ecclesiam suam Christus insignem & illustrem reddidit, quando super omnes caelos ascendens, dextraq³ Dei exaltatus Spiritum sanctum suum in illam effudit, eamq³ donis ac bonis ad edificationem necessarijs instruxit ac collustravit.

Veruntamen unicuique nostrum data est gratia, &c.] Quia occasione quadam in explicationem communionis donorum Ecclesiae deuenit, ut isthinc ad vnanimitatem Ephesios prouocaret: nunc porro explanat, quae sit ratio & forma istius communionis. Docet enim, et si illa *κοινωνία* sit indiuisa, quod cardinalia dona ad sanctificationem requisita attinet (cuiusmodi sunt, insertio in corpus vnum illud Ecclesiae mysticum: participatio Spiritus: vocatio ad regnum caeleste, spes, fides, baptisma, agnitio vnius Domini Dei ac Patris) tamen quadam ex hisce non pari mensura conferri omnibus, cum & fides & spes in alijs sit firmior, in alijs languidior. Quin ratione aliorum etiam donorum, quae non ita necessario ad cuiuslibet salutem requiruntur, Christum liberè, prout vult & quibus vult erogare ea: Neminem omnium praeterire, quin certum quoddam dimensum donorum ei largiatur. Ideoque dicit apostolus: Vnicuiq³ nostrum data est gratia, hoc est gratuita Spiritus sancti dona. Non autem sine mensura, sicut CHRISTVS Spiritu sapientia &

ria & scientia, roboris & fortitudinis sine omni mensura secundum Carnem est vnctus : sed secundum mensuram distribuit Spiritus sui *χαρισματα*, Et quidem gratis : ideoque gratiam & donationem Christi nominat. Atque hoc confirmat Prophetico testimonio Psalmi illius vatidici, qui proprie de regno Domini nostri IESV CHRISTI agit : atque inter alia triumphum victoris Christi, quem in die sui in caelos ascensus egit & celebrauit, describens, inquit : Cum ascendisset in altum, captiuam duxit captiuitatem, &c. Scopus huius allegationis est, vt demonstret, vniuersa dona Ecclesiae accepta ferri exaltationi Domini Iesu, tanquam praclarissimos fructus Diuinae gloriae illius in dextra Dei, ex qua velut immenso pelago bigrati riui ad nos deriuentur, atque sic de plenitudine illa Maiestatis, fideles capiant.

Diligenter autem placet conferre verba Psalmistae, Collatio vt ea sonant in Psalterio, & quemadmodum à Paulo verborum citata sunt. In re, nulla est vtroque differentia. In Davidis & verbis mutatur Persona. Quia Psalter Regius sermo Pauli. ne Rhetorica Apostrophe figurato compellat M E S- S I A M, in secunda Persona accinens ei : Ascendisti in altum, &c. Quod Apostolus Paulus in tertia persona expressit. Deinde verò cum canit David : Accepisti dona in hominibus, id Paulus variato verbo accipiendi sic reddit : D E D I T dona hominibus. Nullam autem his inesse contrarietatem, paulo post demonstrabitur. Nunc verba exponamus.

cum

cum Propheta, tum Apostoli. Constat autem hoc dictum
 suis membris sigillatim examinandis. Primum est,
 Ascendit in altum. Quo non tantum ipse in celos
 ascensus explicatur, gratia cuius ex hoc corruptibilibus
 mundo sic discessit, ut visibili & terrena conuersatione,
 quauis erat hactenus, deposita, in altum subuehi, &
 corpus ipsius interuentu nubes ex oculis Apostolorum
 Ascensus in subduci conspectum est. Sed hic in altum ascensus com-
 altū, quid? plectitur principaliter ipse ad dextram Dei colloca-
 rationem. Ut altum illud non significet principaliter alti-
 tudinem localem illam, in quam usque ad nubes euehi est
 visus: sed potissimum magnificentiam declaret diuinissi-
 me sessionis ipsius in throno Dei. Discant, inquit Atha-
 nasius, sursum illud & in alto esse, non corporaliter dun-
 taxat audiendum, sed noua ratione intelligendum esse.
 Quoniam illud dictum, quo fertur sublimis super omnes
 gentes: Et illud item: Exaltabo te Domine: Rursus & il-
 lud: Laudabilis & superexaltatus in secula, non in loco
 quopiam, & sublimi Dominum constituunt, neque Do-
 minum ab hominibus euehi describunt, aut ab alijs, qui
 eum laudibus attollunt, sursum extolli, sed Maiestatem
 inuisibilis Deitatis, sublimitatem vocant. Hactenus
 Athanasius.

Ascensum Quod autem principaliter hic ad celsitudinem diui-
 in altū po- na Maiestatis, qua Christo secundum Naturam assum-
 ptissimū cō- ptam collata est, uterque respexerit, cum David, tum
 plecti ex al- Paulus: sequentes rationes solide docent. Primum, quia as-
 censionē ad signatur huic in altum ascensui loco fructus, effusio illa
 dextram.

dono-

donorum Spiritus sancti in Ecclesiam. Iam verò certum est, effusionem hanc Spiritus sancti non acceptam ferri nudo ascensui Christi in cœlos, quo modo & Helias ascendit, nec tamen hoc diuinum opus præstare potuit. Sed assignari vñ beneficium & fructum exaltationis ipsius ad dextrā Maiestatis. iuxta authenticam explicat. Effusio Spiritum Petri apostoli, dicentis: DEXTERA igitur Dei ritus san- EXALTATVS, & pmissione Spiritus sancti accepta cti fructus à Patre, effudit hoc, quod nūc vos videtis & auditis. De- exaltatio- inde liquet hoc, quod dicimus, ex apostoli verbis, quæ post nis Christi pauca adijcit. Quibus similiter hanc facultatem conse- ad dextrā- rendorum Spiritus sancti donorum hominibus non re- fert ad nudum ascensum in cœlos, sed acceptam fert a- scensui supra omnes cœlos ad ipsam vsq, Dei dextram, in qua secundum exaltatam carnem presens & O- MINIA IMPLENS, in Ecclesiam dona sua effun- dat. Neque est vt morosius quis vocem ascendendi vr- De exal- geat, quasi de solo visibili ascensu id accipiendum sit. tatione et- Nam etiam n, qui ad dexteram DEI collocatur, a- iā dici vocē scendit profecto & euehitur, teste Paulo, dicente Phi.. ascendendi. lip. 2. Propterea EXTVLIT illum in summam sub- limitatem, & dedit illi nomen, quod est super omne no- men, &c. Teste item Petro, qui Actorum 2. dicit: Non enim David ASCENDIT in cœlos, sed dicit ipse: Di- xit Dominus Domino meo, sede à DEXTRIS meis. Vbi ascensus in cœlos Petro euectionem in cœlestem gloriam, adeoque sessionem ad dextram DEI signi- ficat, sicut connexio verborum Petri & citatio testi-

T

monij

monij Davidici manifeste declarat. Et hoc quidem de primo membro allegati testimonij Prophetici. Duobus sequentibus distincti recensentur fructus ascensionis Christi in altum. Prior est triumphus, quo captiuam duxit captiuitatem, id est, de cunctis suis hostibus potenter deuictis & debellatis, gloriosissime triumphauit: utpote quorum potentiam non solum attriuit & comminuit: sed iam in dextra Dei sub pedibus illos habet positos, ut in. Psalmo David in Spiritu sancto canit: Captiuitas autem Paulo Apostolo totū illud regnum tenebrarum significat, sub quo captiui tenebamur, omnesq; hostes nostros spirituales cōplectitur, peccatum, mortem, Satanam, infernum, & sempiternam damnationem. De quibus omnibus debellatis, triumphum egit Christus. Tertium membrum sequitur, quod, ut prius dictum est, habet in textu Psalmi: Accepisti dona in hominibus. Id porro Diuus Paulus reddit: DEDIT dona hominibus.

Cur David Obijciat quis: Quomodo hac congruunt? Num uideat: Christi dona accipere & dare sunt idem? Respondeo: non possum accipere, qui ex vno eodemque scribunt Spiritu. Accepisse dona: potest ergo CHRISTVS, & quidem accepit, ut non Paulus, de ipse solum haberet, sed ea plenitudine accepit, ex qua dare & conferre posset alijs. Quomodo uero accepit, vel iuxta quam Naturam? iuxta Deitatem accipere CHRISTVS in die exaltationis sua gloriose nihil potuit. Iuxta naturam Humanam autem tantam accepit Maiestatem, ut ex ea posset ad alios quocumque

qua

que dona proferre. Accepit quippe omnem potestatem in celo & in terra, omnia in hominibus implendi & operandi. Atque sic accepit simul, quâ Homo, potestatem effundendi super Apostolos & Ecclesiam dona Spiritus sancti, sicut aperte Petrus docet, quod dextra DEI exaltatus effuderit Spiritum sanctum. Sic ergo accipiendo potestatem omnem in celo & in terra, accipit etiam dona in hominibus, seu in homines conferenda. Quæ dona ex illa Maiestatis plenitudine proueniunt. Si verò CHRISTI dona, quæ tempore exaltationis adeptus est, tantum essent creata & finita: tum pro se tantum accepisset, non etiam quæ conferret hominibus. Quandoquidem effundere Spiritum sanctum, & operari dona in hominibus, siue miraculosa illa, de quibus Petrus in sua concione loquitur, siue sanctificantia: solius increata ac diuinæ potentia est. Cuius si CHRISTVS iuxta Humanitatem per realem communicationem particeps non est, neq; illam in dextra Maiestatis usurpat aut exerit: tum ex eo certè quod accepit (cùm id mensuratum duntaxat ex Calvinianorum sententia statuatur) elargiri aut conferre nihil potuit. Quod cum hac testimoniorum Davidis & Pauli Orthodoxa collatione manifestè pugnat.

Cæterum illud ascendit, quid est, nisi quod & descendit, &c.] Parenthesi inserta D. Paulus ascensum illum Christi in altum tum explicare, tum aduersus omnis generis corruptelas munire voluit.

Dicit ergo, præcessisse hunc ascensum Christi, descensum ipsius. Et quidem descensum in infimas partes terræ. Descendit autem Christus non vno modo. Nam **Quomodo** primò in sua incarnatione descendisse de cælo scribitur in terras. Non equidem secundum Deitatem è superò aliquo loco deuolando (ne λόγος immutabilem Deitatem constituamus secundum loca mobilem) ut neque carnem cœlitus afferendo: sed è cælo suo, quo ne in terris quidem orbatu erat descendit, hoc est, ex cœlesti sua Maiestate velut arcano throno prodijt, quando assumendo carnem, in eadem in hisce terris se manifestauit & versatus est. Quemadmodum Diuus Athanasius dextrè enarrat contra Sabellij Gregales: Cùm Maiestas & magnificentia in Deo supercœleste quiddam nominatur: id quod huic contrarium est, humile, terreniter dicatur, & in terris versari: facillimè compertis, descensum Verbi inclinationem esse ex incorporali Maiestate ad vilitatem corporis; cùm seipsum dediderit in corporalem speciem humani generis amore. Ne igitur corporales istæ voces, hoc est, descensio & emissio, ad inficiandam eius incarnationem producantur, quoniam localiter neq; descendit Deus, neq; emittitur. Hætenus Athanasius.

NOTA.

Ergò λόγος descendit de cælo in terras, quando in terris Humanam carnem assumpsit. Verùm in hoc descensu non acquiescit Paulus: sed profunditatem descensus amplificat, cùm scribit **CHRISTVM** non simpliciter in terras, sed in infimas partes terræ descendisse.

disse. Hoc si quis etiam de conceptione Filij Dei in vtero Mariæ virginis accipiat, nil repugnemus. Quandoquidem & Dauid suam in vtero materno formationem hæc phrasi exponit. Psal. 139. Non est occultatum os meum à te, quando factus sum in occulto, & formatus sum in inferioribus terre.

Non est autem dubium, quin totum descensum Paulus CHRISTI cum omnibus partibus complectatur: sic TOTUM ut & ascensum universam eius exaltationem, non in cœ. descensum los tantum, sed supra cœlos cœlorum in sublimitatem CHRISTI dextra DEI comprehendit. Itaque continetur sub hoc cōlecti- descensu CHRISTI in terra infima humiliatio & tur- profundissima exinanitio, quæ se in mortem, in sepulchrum & infernum vsque demisit, atque sic in infimas terre partes. Non quidem quod infernus sit in intimo terra centro locus quidam, in quem animæ defunctorum impiorum detrahantur (aliàs transiret aliquando transeunte cœlo & terra, cum absurdum sit statuere, non totum globum terrestrem transiurum, sed eam partem, quæ circa centrum est, mansuram) sed quia solenne est Spiritui sancto extremam deiectionem, angustiam & tentationes infernales appellare descensum in profunda terra. Quo sensu Dauid de PROFUNDIS Psal. 130. DIS ET A FINIBVS TERRÆ clamare Psal. 61. dicitur, cum ex summa angustia & tentatione preces suas fundit: Rursum ex ABYSSO TERRÆ Psal. 71. educi, quando ex profundissima cordis angustia & tentatione liberatur. Omnes hosce numeros infima demis-

fionis ac descensus impleuit Christus, & sic verè descendit in infimas partes terra.

Paulus Qui ergò sic descendit, idem ille est, inquit
 CHRISTI Paulus, qui & ascendit. Verùm ne putaretur ali-
 ascensum ter non ascendisse, quàm in aliquem cœli locum supe-
 ab aliorum rum, cui in quodam creato cœlo includeretur, aut cœ-
 ascēu quo lo caperetur, vt hodie nonnulli profani disputatores con-
 modo dis- tendunt: idèd hunc Christi ascensum Paulus verbis qui-
 cernat, dem numero paucis, sed rerum ac mysteriorū momentis
 valde pregnantibus ab aliorum hominum ascensu lon-
 gissimè secernit, quando non simpliciter IN cœlos,
 sed SV PRA omnes cœlos ascendisse perhibet. Atque
 insuper descriptioni istius ascensus hoc pondus addit:
 Vt impleret omnia. Et quia hic locus testimonium ve-
 ritatis perhibet doctrina nostra de CHRISTI Ho-
 minis personali omnipresentia: placet hic paulisper
 immorari & accuratius Apostoli ponderare verba.
 Vbi considerandum erit tum, quid sit illud ascende-
 re supra omnes cœlos, & implere omnia: tum ratione
 cuius Natura hoc Saluatori Christo in die ascensionis
 obrigerit, &c.

Supra o- Et primò quidem cùm dicit: Supra omnes cœlos:
 mnes cœ- eminentissimam gloriam, seu, vt Paulus appellat, sum-
 los. mam sublimitatem exaltati IESV CHRISTI
 phil. 2. intelligit, qua non simpliciter in cœlos ascenderit,
 vt vel Henoch, vel Helias, sed (vt & Epistola ad He-
 braeos fatetur) sublimior sit factus creatis cœlis
 omnibus,

omnibus, quocunque tandem nomine veniant, quibus-
 cunque rationibus aut modis definiantur. De Maie-
 stas enim non loci eminentia hic agitur. Cùm quidem
 e contra, qui de sublimi & excelsa loco in cælo empy-
 reo hic philosophantur, in quem CHRISTVS ascen-
 derit, extricare se nequeant, quin verbis Diui apostoli
 constringantur medijs. Etenim quia Paulus non de qui-
 busdam cælis hoc pronunciat, sed de omnibus: Cur
 igitur Calviniani nugantur, Christum sic esse IN AN Chri-
 cælo, vt neque extra, neque, vt Paulus ait, SVPRASTUS cælo
 cælos omnes sit vsquam alibi? Si excipiant, CHRI- quodam em-
 STVM quidem supra omnes hosce aspectabiles cor- pyreo ca-
 poreos cælos, sed non supra empyreum illud ascendisse, piatur.
 in quo nunc capiatur & versetur: rursum nobis respon-
 deant: cur apostolus non ipse hoc Zuinglianorum cæ-
 lum priuilegio quodam exceperit? imò quare non mo-
 do supra OMNES cælos ascendisse CHRISTVM
 perhibeat, sed (quod multò est ἐμφατικώτερον)
 LONGE SVPR A omnes? id enim vult græcæ vox
 ὑπερᾶνω.

Proinde necesse est, concedi, CHRISTVM sua Hu-
 manitate sic esse IN cælo, hoc est, in vita beata (quæ
 ubi reueletur electis, nostrum non est definire, cum,
 Esaiæ & Paulo testantibus, oculus non viderit, auris
 non audiuerit, & in cor hominis non ascenderit) vt
 nihilominus alio diuiniore respectu, MAIESTA-
 TIS suæ celsitudine transcendat OMNES cælos,
 exaltatus S V P R A omne, quod nominatur,

T 4 non

non tantum in hoc, sed etiam in futuro seculo. Nisi forte Caluini suum celum, in quo CAPI Christum per crimen falsi dicunt, neque in hoc, neque in futuro seculo nominari posse, hoc est, nihil & nullibi esse, concesserint.

Vnde ha- Hic porro diuinus modus transcendendi celos o-
beat Chri- mnes, ORIGINALITER quidem prouenit Salua-
stus, quod tōi Christo ex vnione personali, vbi λόγος assumptam
celos o- Humanitatem in aeternam & singularem suam Per-
mnestrā- sonam exaltando cœlis & creaturis omnibus altio-
scendat. eam effecit; quippe in ipsa celsissima hypostasi DEI al-
Ioan. 3. tissimi supra & extra vniuersas creaturas personali-
Heb. 7. ter subsistentē. Quod respiciens Gregorius Nyssenus, di-
serit scribit: Dextra Dei omnium creatrix, per quam
omnia facta sunt, ipsa hominem vnitum, PER V-
NIONEM euexit ad PROPRIAM CEE-
SITVDINEM. Verum quia Exinanitionis sta-
tus interuenerat: ideo cum postea tempore ascensionis,
collocatur ad dextram potentie Diuina: noua qua-
dam & insigni ratione sublimior sit cœlis omnibus:
quatenus his neque excluditur, quin cœlo ipsi, vt
& ceteris creaturis dominetur: neque includitur,
quin supra & extra cœlos etiam alibi sit præsens: col-
locatus quippe in thronum DEI proprium, nempe ad
infinitæ Maiestatis dextram, qua nullibi includitur,
cum sit supra & extra omnia, nec excluditur, cum
sit, Dauid suffragante, etiam in extremitatibus
maris, adeoque ubique locorum, terrarum & gentium
præsens.

presens. Ideoque $\kappa\epsilon\tau\epsilon\epsilon\gamma\eta\mu\omicron\upsilon\upsilon$ addit Apostolus:
 VT IMPLERET OMNIA, hoc est, ascensu illo vt imple-
 suo peruenit ad ipsam omnipresentem Dei dextram, vt ret omnia.
 extra loca vniuersa seu supera seu infera, in eo illocali
 throno sedens & regnans presens esset omnibus creaturis,
 omnia in suis haberet manibus, omnia in omnibus im-
 pleret, neque quicquam esset ab ipsius presentia & ope-
 ratione vacuum,

Porro quoniam Diabolus diuina huius gloria Imma-
 puelis nostri iuratisimus hostis facile animaduertit, quo
 pactis electum hoc Dei organum, Diuus Paulus, Christum
 Dominum in proprium Dei thronum collocet, neque lo-
 ci necessitati subijciat, sed extra & SV PRA omnes cœ-
 los, extra & supra omnia loca, in illocali dextra gloria
 & virtutis considerandum fidelibus proponat: idcirco
 hanc tantam Maiestatem inuadens illi malignus spiritus,
 nullis non offusis nebulis adoranda huius gloria splendo-
 rem obfuscare, & fumo glossarum suarum obscurare
 tentat.

Quas (quia adhuc in paraphrastica verborum Pauli
 expositione versamur, vbi de vero illorum sensu agitur)
 placet hic ad veritatis trutinam exigere.

Primò sunt, qui dicant, de scripturarum impletione Nū de im-
 loqui apostolum. Sed hi nobis hoc prius expeditum red- pletionem
 dant, quod fiat, quod Spiritus sanctus sue perpetue con- scriptura
 suetudinis oblitus, sine vlla mentione scripturarum dicat, loquatur
 Christum implere omnia? nec adijciat, quae scripta Paulus
 sunt, &c.

T 5

sunt, &c.

sunt, &c. sicut alias in cunctis ijs locis, quibus impletio-
 nis scripturarum aut vaticiniorum aliqua mentio sit, sem-
 per ac perpetuo seu scriptura, quae impleatur, seu prophe-
 ta, qui de Messia quid pronunciet, expressa disertaque
 mentio adjicitur? neque vnquam ita absolute phrasis
 (implendi omnia) ponitur, quin addatur, quae scripta
 sunt, &c. Præterea si Apostolo sermo esset de scripturarum
 complemento: quid opus fuisset tanta exaggeratione
 amplificare maiestatem ascensus Christi, vel assignato hoc
 eximio privilegio, quo supra caelos, & quidem supra omnes
 caelos ascendere memoratur, à reliquorum ascensu accurate
 aded discernere? cum satis fuerit dicere: ascendit in co-
 elos, ut omnes scripturas impleret. Iam verò dū tanta dili-
 gentia describit hunc ascensum, tam accurate illum distin-
 guit ac secernit ab ascensu quouis alio: manifeste docet
 de huiusmodi impletionē sermonē institui, quae ex singu-
 lari ista *ὑψωσεν* Messia, & ipsius ad dextrā Dei
 superexaltatione oriatur. Et quid denique ad rem facit loco-
 rum inferiorum & superiorum mentio illa in textu Paulino, si
 de scripturarum agitur complemento, & non potius de lo-
 corum omnium impletionē seu Christi regnantis omnipra-
 sentia? Locorum autem impletionem non physicam hic in-
 telligimus aut localem, sed diuinā & ex natura sessionis
 ad dextram Dei descriptam. Nam & Deus loca omnia
 replet, sed illocali ratione: tamen si Deus alia ratione,
 quam Christus quia Homo. Deus quidem per infinitatem
 essentiae: Christus autem quia homo citra infinitatem es-
 sentiae per modum vnionis, & subsecuta exaltationis ad
 dextram Dei, personaliter.

Qui

Quidam, cum negare non possint, de locorum imple- *Glossa de*
 tione agi, interpretatur verba textus de successiva qua- *successiva*
 dā impletionē locorū, qua Christus nūc quidem loca in- *locorū im-*
 fera in suo descensu, mox media & summa suo ascensu pletione
 impleuerit: non simul & semel existens in omnibus, sed resellitur.
 diuersis temporū vicibus ea perambulās. Sed quis credat,
 Spiritū sanctū de ascensu Christi ex allegati Psalmi oc-
 casione differentē circa hac minutiora fuisse occupatū,
 ut ostēderet, quomodo successiuo motu pambulasset Do-
 minus loca infera, media & supera? neglecta interim ac
 p̄termissa exaltatione Christi ad dextrā Dei, quam scri-
 ptura alias cum ascensionis articulo subinde connectit?

Præterea huius perambulationis respectu nondū dici
 possit omnia implere loca, sed ea tantū, quæ locali motu
 pagraſset: reliqua infinita, quæ suo corpore hoc modo non
 perambulasset, ab hac impletionē essent excipiēda. Quin
 hac ipsa, in quibus fuisset, vel in ascensu suo vel in descensu,
 rursum euacuasset, deserēdo illa, & ad alia subinde pgre-
 diēdo. Ita neq; successiuē loca pagraſset omnia, sed (respe-
 ctu multitudinis locorū in toto vniuerso) paucissima dū-
 taxat: neq; ea ipsa, in quibus aliquando affuisset, eodem
 tempore impleret omnia, sed simul & semel vnum dū-
 taxat, deserētis, ut dictū est, & euacuatīs ceteris. Adhuc
 quoniā p̄positū est Paulo explicare, quo pacto Christus in
 celos ascēdes, & Dei dextra exaltatus, iuxta Petri expoſi-
 tionē effuderit in Ecclesiā suā dona Spiritus S. qd obsecro
 ad scopū hūc Pauli hac insulsa & inepta interpretatio de lo-
 corū successiua impletionē locali facit q̄cūq;? Nihil, p̄ſus,
 sed

sed est planè, ut à scopo, sic à mente apostoli aliena, & proinde inter aduersariorum ἀπορροή reijcienda. Deniq; si maxime admitteretur glossa: nihilominus hoc etiamnum inexpeditum & inextricatum relinquere, quòd eiusmodi ascensu nondum SV PRA omnes omninò cœlos, quicumque vel in hoc vel futuro seculo nominantur, ascendisse crederetur Dominus: sed relinquere in eo cœlo, de quo pars aduersa litigat: idq; non iudicaretur Christus suo ascensu & exaltatione transcendisse. Quare ne sic quidem satisfaceret Pauli verbum, qui Christum OMNES cœlos, siue corporeos siue spirituales dicat aut statuas, transcendere palàm asseuerat, & quidem, quem admodum Ephes. i. exponit siue illi referantur ad hoc præsens siue ad futurum seculum: Omnes, omnes inquam, nullo vsq; exempto.

**Tertia
glossa.**

Progrediamur ad reliquas glossas Sacramentarium super hac apostoli verba: Sunt, qui de donorum impletionem loqui putant Apostolum, in hanc sententiam: Ascendit supra omnes cœlos, ut impleret donis suis Ecclesiam. Verùm quod hoc in loco non de solis donis in Ecclesiam vel collatis vel orrò conferendis tractet Paulus, hinc primò liquet, quia neque scribit: Ut Ecclesiam impleret: neque ut donis impleret. Sed implendi verbo absolute vniuersalem (omnia) attribuit: ut palàm doceat, Christum non solam implere Ecclesiam, sed vniuersam, tum quæ sunt intra, tum quæ extra Ecclesiam. Ad hæc quia Calviniani, Christo, quæ est Homo, donorum in Ecclesiam conferendorum facultatem aperre negant (siquid

(siquidem ei iuxta humanam tribuunt actiones huma-
 nas tantum, non etiam diuinas, cuiusmodi est donorum
 in vniuersalē Ecclesiam collatio seu effusio) quidam glossa,
 de qua modo agimus, ex illorū opinione sic erit forman-
 da: Ascendit iuxta humanitatem, vt iuxta diuinitatem
 impleteret donis Ecclesiam? Sic alterum membrum erit
 intelligendum de humana: alterum de diuina Natura:
 cum tamen coniunctio, VT, sensum verborum sic con-
 nectat, vt huiusmodi verborum Pauli paraphrasis, qua-
 lis ex illorum mente nascitur, cum veritate stare non
 possit. Quid enim? Num per ascensum Humanitatis
 Christi, impetratur hoc Deitati illius, vt impleat donis
 Ecclesiam? Quam hæc sunt absurda, & a sententia Pau-
 lini textus dissidentia? Et vbi circa hanc glossam manet
 cōsideratio accurata definitionis ascensu Christi, quam
 Diuus Paulus tantoperè vrget? Nōne enim, qui scribit:
 Ascendit *ὑψώθη*, longè suprā omnes cælos, hoc sub-
 indicare vult, nisi hoc modo supra omnes cælos cælorū,
 in ipsam Dei dextram esset subuectus Dominus: implere
 illum omnia non potuisse? Atqui potuisset Christus Dei-
 tate sua donis implere Ecclesiam, si maxime non exi-
 mio hoc & specialissimo ascensionis modo langē SVPRĀ
 omnes cælos, sed ratione ceteris etiam hominibz con-
 sueta tantum in cælos ascendisset. Quæ ratione Paulo
 non opus fuisset tanto verborum pondere in immensum
 attollere Christi ascensum suprā communem sortem a-
 scensus aliorum hominum: si impletionem, quam cum
 hoc ascensu per causalem particulam, VT, ἀδελφάων
 πᾶσι

ivos connectit, placuisset intelligere de donis, præfer-
rim quæ iuxta opinionem aduersariorum effunderet in
Ecclesiam, non secundum ascendentem Humanitatem;
sed iuxta non ascendentem Deitatem. Proinde nos illius
impletionis omnium potius quendam fructum cōstitui-
mus dona in fideles collata, quod etiā scopus Apostoli ren-
dit, idq; præcedentia & sequentia liquido comprobant.
Planè ut & Petrus effusionem Spiritus sancti fructū sa-
cit exaltationis, Christi ad Dei dextram. Nequaquam
verd largimur, collationem donorum in electos æquè la-
te patere cum ista, de qua Paulus ait, vniuersorum im-
pletionē: quandoquidem nemo negare possit, *τὸ πνεῦμα*
τῆς ἐκκλησίας nomine multò plus venire, quàm solius Eccle-
siae appellatione.

**Quarta in-
terpreta-
tio.**

Quartò sunt, qui omnia implere dicunt idē esse, quod
omnia in omnibus operari. Atq; horum sanè expositio ut
nobis nihil aduersatur: ita si Sacramentarij eam profe-
runt, contra semetipsos pugnant etiā in scij. Si enim illud
operari omnia in omnibus ad Deitatem referas, rursum
sequetur absona & incongrua paraphrasis Apostolice te-
xtus: ut iuxta humanitatem (quia Deus non ascendit)
dicatur Christus ascendisse, hoc sine & consilio, ut iuxta
Deitatē omnia in omnibus operaretur. Sic per humane
Naturæ Christi ascensum Deitati hoc acquisitū statue-
tur, ut omnia operetur: quasi ante hac Maiestate omnia
in omnibus operādi fuerit destituta. Quod quomodo cō-
gruet cum verbis Christi, ante suam resurrectionem &
ascensione affirmantis: Pater meus operatur, & ego ope-
ror.

ror. Et: quæcunq; ille fecerit, hac eadē & filius facit? Si
 verò ad euitandā hanc absurditatē Caluiniāni glossam
 suam ad Humanitatem Christi dirigant, ita vt iuxta
 quam ascenderit, iuxta eandem omnia operetur in o-
 mnibus: denuò nostram quidem sententiam de commu-
 nicatione omnipotentia simul & omnipresentia confir-
 mant: suam verò à fundamēto labefactant & subruunt.
 Nam & hac operatio omnium in omnibus citra dubita-
 tionem est actio solius increate potentia: quæ (poten-
 tia increata) si Christo, quā est Homo, communicata
 realiter non est: quomodo quā Homo omnipotenter a-
 gere, hoc est, omnia in omnibus operari poterit? Et si
 concedant, λόγον iuxta carnem quoque suam o-
 perari vniuersa: quidni hoc ipso presentiam quoq; illius
 apud cunctas creaturas stabiliēt? Quām enim sit ab-
 surdum, vt λόγος & præsens præsentes creaturas admini-
 stre per Humanitatem omni modo reali absentem ac
 remotam, supra pagina 91. in explicatione primi capitis
 ostensum est. Et vox ipsa implendi ὁπότεος quidem
 presentia implentis seu operantis designat: deo τῶτος
 autem seu secundariò presentis operationem declarat.
 Idē enim & locorum fit mentio, cum inferorum, tū su-
 perorū, in descriptione impletionis huius: vt presentia in
 omnibus locis designetur: non illa successiua & localis,
 de qua supra: sed personalis & iuxta modum dextræ
 Dei descripta presentia. Sicut ex testimonio Ieremia 23.
 est euidēs, quid implere omnia significet, dicente ibi Do-
 mino: Nunquid non cælū & terrā ego impleo? Idē, ipsius
 his

his immediatè præcedentibus dilucidus reddit, cum ait: Nónne Deus IN PROPINQVO ego sum, & non Deus à longè? Vbi Domino idem est, implere omnia, & in propinquo adfuisse omnibus. Eodem modo accipitur, Sap. 1. Spiritus Domini replet orbem terrarum. Vbi similiter replendi vox non nudam operationem sine operantis præsentia notat; sed præsentiam primò, debinc præsentis operationem.

Quinta interpretatio. In idem propè recidit, quod dicunt quidam: Implere omnia idem esse, quod perficere & consummare omnia, quæ pertinent ad regnum Christi. Quam paraphrasticam expositionem si ita forment, vt asserant supra omnes cælos Christum esse euectum iuxta carnem, vt iuxta Deitatem consummaret ea, quæ ad Christi regnum pertinent: quàm absurde hoc dicatur, circa præcedentium glossarum confutationem dictum est. Sin Christo secundum Humanitatem hoc tribuant: non dici id verè, nisi omnipotentia simul & omnipræsentia communicatio fundamenti loco subternatur, similiter paulò antè exposuimus. Quandoquidem humanitas non ipsa per se ac seorsim omnia perficit & consummat, sed ὁ ἰῆς & per humanitatē intinè ac citra omnem Ἀγ. & οὐν præsentem id totum efficit & operatur. Ad hæc quia illud implere omnia apud apostolorum non ad solam Ecclesiam restringitur, sed ad vniuersa patet: idè si regnum Christi intelligant dominium vniuersorum, quemadmodum illud dominantis Messia regnum Psalmus octauus, & ex hoc Psalmo Epistola ad Ephesios & Hebræos

Hebraeos definiūt: expedita res est. Sin verò solam Ecclesiam: minus dicitur, quàm quod assequatur totam Maiestatem, quam Apostolus sub vniuersorum impletione complexus est. Et hic rursum supplendus fuerit defectus, quo ad solam Ecclesie administrationem restringitur id, quod ad Christi hominis in rerum omnium gubernatione presentis & operantis integram Maiestatem explicandam pertinet.

Ex memoratis sufficienter apparet, hunc esse simpli- Verus & cissimum verborum Pauli sensum, quòd Christus iuxta simplicitatem carnem, non ratione alijs sanctis consueta in cœlum, sed mus sensus priuilegio singulari supra omnes cœlos ad ipsam dextrā verborum omnipresentie eleuatus sit, vt presens adesset omnibus, Pauli. & in omnibus operaretur omnia.

Hec explicatio congruit cum scopo Pauli, vt partim demonstratum est hactenus, partim amplius demonstrabitur. Congruit cum collatione reliquorum dictorum, quæ de ascensu CHRISTI agunt, & subinde sessionis ad dextram articulum coniungunt. Quæ collatio declarat, idem esse apostolo, sedere ad dextram Dei, & omnia implere. Congruit cum declaratione vocis implendi, quæ Ieremia vicesimo tertio, & Sapient. I. extat. Congruit cum interpretibus Diui Pauli Theophylacto & Oecumenio. Quorum ille sic reddidit sensum Apostoli: vt omnia impleat dominatione operationeq; idq; IN CARNE, QUANDO QUIDEM DIVINITATE IAM ANTEA CUNCTA COMPLERET. Hic verò scribit: Etenim nuda Diui-

V nitate

nitare olim omnia implebat, & incarnatus descendit
& ascendit, ut omnia $\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\tau\epsilon\lambda\epsilon\sigma\iota\varsigma$ CVM CARNE
IMPLERET.

Remouetur absurda, que fingit ratio. *Esse autem hic nullam fingendā localem diffusionem aut extensionē, nec affixionē humanitatis ad creaturas, vel earundē contactum quendā Physicum, aut inclusionem in rebus: sed pro natura cœlestis huius mysterij præsentiam illocalem & diuinā cuncta hæc absurda paradoxa respuentem declarari, partim supra, partim alibi sapulensis* tis superq̃, confirmatum est. *Qua de re notatu dignissima sunt verba Stapulensis, qui ante motum certamen notatu dignissima.* Sacramētarium profundissima & verè Theologica consideratione hoc mysterium expendens, ita scripsit: Cor-
pus, inquit, Christi, cœlum IMPLET & terram. EST
ENIM VBIQVŒQUE VERBUM EST. NAM VER-
BUM CARO FACTUM EST, QVARE VERBUM
NVSQVAM EST SINE CARNE, NEQVE CARO IL-
LA SINE VERBO. Videte ne corporalis imaginatio vos
ludat, loca multiplicans, spatia distendens. Neq̃ hic lo-
corum multiplicatio, neq̃ spatiorum distensio intelli-
gitur, sed plenitudo sine loco, supra locum omnem, infra
locum omnem, extra & intra locum omnem, sine spa-
tio, supra & infra omne spatium. Et corpus Christi super-
spiritali illo modo, qui sine modo est, nulli comparabile,
nulli proportionabile. Sed corporali modo, quo in terra
visus est, & comparabile & proportionabile est. Hoc ex
assumpta infirmitate, & modum & comparisonem
& proportionem admittens: illud autem ex assumen-
te Na-

et Natura, modum, comparationem, omnemque proportionem diffugiens. Id ratio imaginatione iusta non attingit, neque rationaliter in seipsa manens: verum absurda utrinque eloquitur & effingit. Sed extra se eundens supernaturaliter superiore mente infusa virtute, VBI NEQVE LOCA, NEQVE SPATIA, NEQVE NUMERVS, NEQVE MVLTITVDO, NEQVE TEMPVS COGITANTVR, verè sentit & loquitur. Hactenus Stapulensis.

Et sanè quòd Spiritus sanctus in hoc insigni dicto Quidā ex Pauli per impletionem vniuersorum omnium presentia manifestatam inueniat: id tam est diuicidum, vt ipsi etiam aduersarij vi veritatis adacti hoc fateantur: licet interim plerique Pauli verba ad Deitatem referant, non ad Humanitatem, de omni re. De qua restrictione quid sit sentiendum, post viderimus. In primis autem Grab pagin. 21. cum prociunt: struenda Christi Deitate proposuisset argumentum hoc suum: Solus Deus est vbique. Christus est vbique. Ergo Christus est Deus: Expresse deinde minorem (quod Christus vbique sit) probat ex hoc dicto Paulino, quia scilicet de Christo, quem eundem prius descendisse apostolus dixerit, legatur: Ascendit supra omnes coelos, vt impleveret omnia. Idem faciunt alij Sacramentarij in suis Theis de Trinitate. Diligenter autem notare vellet prius Lector hanc propriam confessionem aduersariorum. Hinc namque deprehenditur, ipsos in conscientijs suis esse conuictos, quòd de Omnipresentia hic disertè loquatur Epistola ad Ephesios.

Quo sic vtrunque posito & constabulo, facillimum iam erit constringere illos, ut nolint velint sua hac concessione nostram sententiam confirmant, suumque vicissim errorem in sumum redigant. Sic enim argumentabimur: Id cui Paulinus textus adscribit, quod impleat omnia, est ubique, iuxta propriam expositionem partis aduersa. Textus Paulinus autem Christo secundum Humanitatem tribuit, quod impleat omnia. Ergo Christus secundum Humanitatem quoque est ubique praesens.

Maiorem concedit Grab, & Grabio consentiens PeZe-

Textu Paulinus, & vtrique suffragans Sobnius. Porro quod textus li de Chri-Pauli de Christo iuxta Humanitatem accipiendus sit, sto ratione sequentes $\Delta\mu\delta\epsilon\iota\chi\epsilon\iota\varsigma$ sole clarius euincunt. Nam quia Humanitas cohaeret textus: ascendit supra omnes caelos, ut imtis acciperet omnia, palam est maiestatem hanc omnia imendū, pro-plēdi acquiri naturā ascendēti, seu Christo ratione ascēbatur. dēis & exaltata Naturā. Deitate enim sua neq, ascen-

1. dere, neq, descendere quis Christū dixerit, nisi aeternam Deitatem illius cum Arianis mutabilem constituere
2. velit. Deinde cum haec verba (ascendit supra omnes caelos) necessariō exponantur de Christo ratione carnis (siquidem Deitas neque ascendit neque descendit) certe si quis sequens membrum (ut impleret omnia) ad Christū nō ratione naturā assumptā, sed Deitatis respectu referat: hac prodigiosa paraphrasis hinc oriatur necessum est, qua dicatur CHRISTVS ascendere iuxta Humanitatem supra omnes caelos, ut iuxta Deitatem sit ubique praesens. Quasi verō Deitas non immutabili condi-

conditione suæ Naturæ iam antea impleuerit omnia, fueritq; præsens vbique: aut quasi ascensu Humanitatis Christi acquisitum & impetratum hoc sit Deitati, ut vbique sit omniaq; impleat.

Quoniam ergo ex his solidissimis fundamentis firmiter astruitur, illud (implere omnia) hoc in loco ad Deitatem referri non posse (nisi quatenus indirectè, & per consequentiam: Maiestas Naturæ assumptæ præsupponit æternam Deitatem Personæ, per cuius hypostaticam unitatem ad istius gloriæ κοινωσύαν assurgit) sequitur necessariò, Christo, quâ Homo est, datum & acquisitum esse per ascensum & exaltationem ad dextram Dei, ut impleat omnia, hoc est, ut sit vbique, quemadmodum Bremenses ipsi illud, omnia implere, exponunt.

Neque se hoc insolubili nodo expedient, quòd Paulus dicit, eundem illum qui & descendit, ascendisse. Etenim si huc tendant, ut quemadmodum λόγος & assumendo Humanitatem descenderit & incarnatus sit: ita λόγος & quâ λόγος & Deus est, ascenderit: nōne quia hunc ascensum de locali eleuatione intelligendum ipsi met contendunt: hoc ipso iam Deitatem Verbi locali motui subijcient? adhuc nō diffitemur, PERSONAM esse eandem, quæ descendit & ascendit, licet ascendat secundum solam Humanitatem, non Deitatem. Quid? quidā Paulus nequaquam de ea duntaxat parte descensus agit, quam Bremenses vrgent, quæ nimirum λόγος & quadam, ut Athanasius exponit, Maiestatis inclinatione

circa sui ipsius mutationem ullam se demisit in uterum
 virginis & carnem assumpsit? Nā non simpliciter ait,
 descendisse Christum in has terras sed descensum definit
 nobis eum, quo IN INFIMAS PARTES TERRAE se de-
 misit. Id quod tempore exinanitionis, profundissimo de-
 scēda passionis, infernaliū pauorū ac tentationum, mor-
 tis itē ac sepultura factū est ratione Humanitatis, non
 Deitatis. Proinde, ut in fascem colligam, Persona Christi
 neq; in incarnatione descendit secundum Deitatem, sed
 assumptione humana naturae descendisse phrasi Scripturae
 dicitur: neq; tempore exinanitionis passionē, dolores in-
 ferni, & cruciatū mortis sensit, aut sepulturā subiit Dei-
 tate, sed Humanitate: neq; ascendit supra omnes cōelos
 Deitate, sed Humanitate. Proinde neque Deitati per a-
 scensum Christi tributū est, ut impleret omnia, vel ubiq;
 esset, sed Humanitati ad omnipresētia dextram exal-
 tata. Nam particula, V T, causam denotat, ob quam a-
 scensus iste supra cunctos cōelos sit susceptus, & acqui-
 sitionem designat gloriæ, quam exprimit: quorum neu-
 tro eguit Verbi Deitas: sed utrunque ad indigam Na-
 turam necessariō refertur, quæ hac prius gloria, vniuer-
 sa implendi, ratione plena r̄surpationis orbata fuit. Ex
 hoc modo quo semetipsos sua concessione constringunt,
 expediunt se Bremenses ad Græcorum Calendas. Quan-
 doquidem semel largiti sunt, in sententia Paulina (om-
 nia implere) esse idem quod ubique esse. Hac autem ad
 CHRISTVM ut hominem, seu ratione assumptæ Na-
 turæ, pertinere, igitur demonstrationibus confirmatum est,
 quas

quas neque Bremenses, neque alij confutare poterunt. Quare iudicium penes Ecclesiam esto. Et hac quidem de Paraphrastica horum verborum enarratione.

Progrediamur nunc in exponendo reliquo textu secundae partis. Sic autem pergit Apostolus post absolutam hanc ascensionis Christi ΕΞΗΥΜΤΙΧΙΝ sententiam parenthesi insertam: Et idem dedit alios quidem Apostolos, &c.] Recenset quae & quam egregia dona Christus in triumpho sua exaltationis sparserit, ac distribuerit inter homines. Atq; hic sanè est fructus exaltationis Christi. Siquidem ex eo, quod ad dextram Dei consedens omnia implet, obtinet iam etiam hanc facultatem conferendi & dandi dona, iuxta eam Naturam, secundum quam & ACCEPIT, ut supra in collatione verborum Davidis & Pauli docuimus. Etenim dextra Dei exaltatus, & Ecclesia sua praesens huiusmodi in eam effundit Spiritus sancti χαρίσματα, gradibus ordine distincta: ut alios quidem det Apostolos, alios Prophetas, &c.] Quibus enumeratio continetur donorum, quae partim ad Ecclesiam in orbe constituendam requirebantur olim, circa prima initia nascentis Ecclesiae, partim verò in constituta adhuc durant usque ad finem mundi.

Apostoli erant Persona immediatè per Christum vocata, quarum operâ CHRISTVS utebatur in constituenda & recens plantanda per orbem Ecclesia. Idò quae ad vnâ particularem Ecclesiam certi alicuius loci, ciuitatis aut prouinciae non erant alligati, sed emi-

V 4 tebantur

tebantur in mūdum ad prædicandum Euangelium vni-
 uersæ creaturæ. Quales fuerūt vñdecim Apostoli à Chri-
 sto peculiariter selecti, & in horum ordinem, loco prodi-
 toris Iudæ, coopratu Matthias. Similiter quasi extra
 ordinem duodecim Apostolorum singulariter illustrati &
 emissi Paulus & Barnabas, duo illa præclara Ecclesiæ Ie-
 su Christi lumina. Quorum ille non obscure in omnibus
 suis epistolis se apostolum Christi profiteretur. Barnabas
 autem apertè accensetur apostolis, & Apostolica digni-
 tatis titulo ornatur, Act. 14. in eiusdem planè fun-
 ctionis Apostolica munus per Spiritum sanctum segre-
 gatus, & emissus vt & Apostoli ceteri. Segregate mihi
 Act. 13. (dicit Spiritus sanctus) Barnabam & Saulum (qui &
 Paulus) in opus, ad quod acersiui eos.

Secundus ordo recensetur Prophetarum. Qui au-
 tem Prophetæ olim in veteri Testamento dicti fuerint,
 notum est. Videlicet, qui de rebus venturis ex Dei reue-
 latione prænunciabant. Et sanè talibus Prophetis non
 caruit etiam Ecclesiæ Noui Testamenti. Nam vt Apo-
 stolos ipsos taceam, qui ex Spiritu sancto de sorte Ecclesiæ
 vsque ad finem mundi prædixerunt multa: constat A-
 gabum fuisse hoc Prophetico dono insignem, qui per spi-
 ritum significauit vniuersalem illam famem orbis, quæ
 sub Claudio Imperatore accidit. Tales fuerunt & hi,
 qui per singulas ciuitates ex Dei spiritu testificabantur
 de vinculis & afflictionibus, quæ manerent Paulum, A-
 ct. 20. Verum non hi soli Prophetarum titulo censentur
 hoc in loco: sed etiam, qui dono pollent interpretandi
 scri-

scripturas. Vnde prophetare idem est Apostolo, quod sacras literas interpretando, mentem & sententiam Spiritus sancti reddere. Quo sensu capitur, Rom. 12. 1. Corinth. 11. & 14.

Hic porro subiungit Euangelistas. Quales sunt primò quidē quatuor insignes illi: $\alpha\lambda\lambda' \epsilon\gamma\omega \chi\epsilon\iota\mu\epsilon\iota$ sic nominati, qui historiam Euangelicam Iesu Christi descripserunt nobis reliquerunt: tametsi duo ex his, Matthæus & Ioannes, ob sublimiorem vocationem inter Apostolos sunt, quos etiam quatuor Euangelistas peculiariter à Dei Spiritu notatos constat, Ezechielis primo capite per animalia quatuor, quæ currum Euangelij in omnes partes orbis promoueat. Quorum etiam mentio fit, Apocal. 4. sub eadem figura quatuor animalium, incessabili voce clamantium: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est. His autem sub Euangelistarum titulo annumerantur etiam comites sanctorum Apostolorum, quos illi sibi ad leuandos labores adiungebant. Cuiusmodi fuit Timotheus, quem hortatur Paulus, vt opus faciat Euangelistæ, 2. Timoth. 4. & Actor. 21. mentio fit Philippi Euangelistæ. Tales etiam fuere Titus, Sosthenes, Siluanus, Epaphroditus, quem non dubitat Paulus Apostolum Philippensium nominare, tametsi significatione generaliore.

Quarto loco recensentur Pastores, qui neq; immediate per Christum aut Spiritum sanctum emittebantur in orbem vniuersum, vt Apostoli, neq; ad leuandos

V s horum

horum labores ad Ecclesiam mittebantur passim, ut Evangelista, sed sua cuiusque assignata commissaque erant Ecclesia.

Quintò Doctores, quorum munus putatur fuisse, ex verbo Dei tradere fundamenta doctrinae Christianae. Quo munere hodie funguntur, qui in scholis publicis sacra profitentur, & ferè docendo tantùm & tradendis religionis capitibus occupati sunt.

[Ad instaurationem sanctorum] Finis annu-
tatur, in quem dona sublimia hac & distincta func-
tiones in ministerio Ecclesiastico destinatae esse debeant, vi-
delicet $\omega\varsigma\ \tau\omicron\nu\ \chi\epsilon\ \chi\epsilon\pi\tau\iota\sigma\mu\omicron\nu$ ad instaurationem
sanctorum, in opus administrationis] hoc est, ut
sancti & fideles hoc saluari opere administrationis si-
ue ministerij mediante, per quendam $\chi\epsilon\ \chi\epsilon\pi\tau\iota\sigma\mu\omicron\nu$
compingatur in vnius corporis integritatem, eiusdemque
ædificationem. Vbi gemina metaphora Paulus uti-
tur. Primò corporis: quod cum rectè habeat, si membra
non sint dissipata, non luxata, sed suis iuncturis ritè
compacta. Altera est sumpta ab ædificatione domus,
quæ suo fundamento superstruitur, ubi omnes par-
tes ita ita iunguntur, ne ædificium vllæ ex parte satisfaciat
aut corruat. Sic in mystico corpore Christi, & in domo
Ecclesiae ministerium docendi seu medium constituit
Apostolus, quo ita construuntur omnes tum corporis my-
stici, tum domus spiritualis partes, ut coalescant in vnum,
sanctæ iuncturis aptè firmiterque cohæreant, & fideles ædifi-
centur.

centur, hoc est, magis magisq^{ue} in fide & pietate proficiant. Donec perueniamus.] Immoratur in explicando sine Ecclesiastici ministerij, ut nempe omnes adducantur Christo, & in unitate fidei & agnitionis Filij Dei coalescant. In virum perfectum, &c.] Eleganti similitudine illud incrementum fidelium illustrat, quæ prior de corpore cognata est. Sicut enim diuersi sunt gradus ætatis hominum (siquidem non statim nascuntur ea vel maturitate iudicij, vel corporis statura & mole, quæ in virilis ætate est, sed progressu annorum maius atq^{ue} maius acquirunt robur, confirmantur in eis vires corporis, vires ingenij, crescit animus rerum intelligentia, prudentia & iudicio, crescit corpus ratione statura sua, donec integer homo ad iustam mensuram perueniat) sic indicat, ministerio verbi Christianos à primis initijs fidei & vitæ Christianæ magis ac magis ad iustum robur & incrementum deduci, donec progrediantur & succrescant in virum perfectum, in mensuram ætatis plenè adultæ Christi: ut quemadmodum ipse Dominus ab infantia suæ annis progressus quosdam fecit, corroboratus Spiritu, proficiens sapientia & ætate, & gratia apud Deum atque homines, donec ab uno ætatis gradu ad alterum in plenam ætatem virilem suam processit: Sic & Christiani Spiritus incremento in fide & agnitione CHRISTI in virum perfectum proficiant. Quod non de omnimoda perfectione Paulus intelligit, quæ in altero expectatur seculo: sed hæc tantum notatur perfectio, quæ iactis in fide radicibus,
homo

homo neg, hereticorum astutis, neg, ullis Satana fraudibus atq, doli à fundamento salutis Iesu Christo dimoueri potest. Quemadmodum ipsemet enarrat sub eadem similitudine ita pergens: vt non amplius simus pueri, &c. quasi dicat: Sicut viros in communi vita non decet puerorum more esse leues & inconstantes, sed neque ita rerum imperitos, vt decipi facile, vel in fraudem induci se patiantur: sic Christianos ad hanc maturitatem fidei decet contendere, ne fluctuent in rebus fidei, vel se instar arundinis hinc inde agitari, aut in modum nauiculae destituta gubernatore suo, huc illuc propellunt, quouis vento doctrinae. Per versutiam hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur] Conarum seductorum & impostorum amplificat, vt eo cognito, Christiani ed magis in verbo Dei se exerceant, & ad solidam cognitionem Christi omniumq, partium doctrina contendant. Dicit Pseudodoctores adoriri simplices, non aperte sed recte & fraudulentem, varijs modis & rationibus sua fingentes & pingentes dogmata, scripturas torquendo, mutilat ac peruersè allegando, & quibus possunt artibus ludificando simplices, vt in nasam errorum illiciant.

Sed veritatem sectantes in charitate] Antipthesis est, qua studium veritatis pseudodoctorum seductioni opponit. Idq, commendatū vult Ephesius, vt omnis impostoribus illis simplicem sectentur veritatem doctrina per Apostolos practicata, & operam dent, vt in cognitione veritatis, nec non in charitate, qua est altera

Christia-

Christianismi pars, adoleſcant in Chriſtum per omnia, ſive in omnibus, quæ in homine Chriſtiano requiruntur.

Qui eſt caput, nempe Chriſtus] *Ad ſimilitudinem de corpore redit, ſeu potius (quia altera de incremento corporis illi cognata eſt) immoratur in ea. Et Chriſtum quidem ſcribit eſſe caput, ex quo vita & ſalus deriuetur in corpus Eccleſia myſticum.*

In quo totum corpus, ſi coagmentetur, &c.] *Ἀποτίθημι illum ſeu inſtaurationem ſanctorum, quam paulò ante finem eſſe docuit Eccleſiaſtici muneris, latius explanans, definit nihil eſſe aliud, quàm coagmentationē totius corporis Eccleſia, vt ſingula membra ſingulis, & omnia omnibus apta ſυνμμετρεῖς cohereant, per fidei vnitatem, & charitatis communionem.*

Per omnem commiſſuram ſubminiſtrationis, &c.] *Vt ſuis quaſi iuncturis compacti Chriſtiani mutuam opem & operam ſubminiſtrent, & donorum varietate ſibi inuicem inſeruiant. Idq; iuxta actū in meſura vniuſcuiuſq; partis, hoc eſt, prout ſua cuiq; eſt aſſignata functio, ſua ad eam rectè obeundam credita dona, vt hac fidelium omnium iunctura mutuaq; coherencia in vno capite Chriſto, cedat ad incrementum corporis Eccleſia, & in ædificationem eius per charitatem, cuius nexu ceu, poſt fidei conſenſum, altero vinculo perfectionis copulata ſunt vi-*
ua Ec

na Ecclesia membra. Et hæc de paraphrasi secundæ par-
tis: Cuius locos communes nunc excutiemus.

LOCI COMMVNES.

Primus. De donis in Ecclesia, quæ dantur iuxta
mensuram donationis Christi. Hæc non sunt vnius ge-
neris, sed quemadmodum scriptum est, huic quidem
per Spiritum datur sermo sapientiæ, alijs verò sermo
scientiæ secundum eundem Spiritum, alijs verò fides per
eundem Spiritum, &c. Sicut ordine illa dona enume-
rat, 1. Corinth. 12. Et hæc quidem omnia non nostra
comparantur in austria, sed ex plenitudine Christi sa-
turantur. Qui fideles suos hisce veluti gemmis exornat
& instruit. Omne namq; donum bonum ac perfectum
desuper à Patre luminis descendit, Iac. 1. Proinde ne su-
perbiamus in his, quæ nobis collata sunt. Ex gratia quip-
pe data sunt. Quid habes, inquit Paulus, quod non acce-
pisti? Si verò accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis?
Sed neq; in aliū usum ea cōuertamus, hoc est, ne abuta-
mur ad destructionē Ecclesiæ: sed ad ædificationem. Ve-
rū neq; defodiamus ea, sed excitemus donum, quod in
nobis est, eoq; gnauius laboremus in vinea Domini ad
mutuam ædificationem. Ob quem finem etiam huius-
modi dona sunt in nos collata. Quod Christus sub para-
bola docet, Matth. 25.

Secundus. Quoniam Christus iuxta mensuram
pro suo arbitrio distribuit sua dona, ne murmuremus,
si aliter vel plura vel augustiora concessa videamus.

Sed

Sed neque inuideamus ei. Nam cui multa concredita sunt, ab eo etiam grauior poscitur ratio. Quamobrem tu tuo dono rectè vttere. & Deo gratias age, quòd summa illa dona, remissionem peccatorum, fidem, spem, aeterna hereditatis, iustitiam & sanctificationem Spiritus, tibi non minus, quàm & alijs contulit. Et libenter acquiescamus, si vel contingat minimos esse in Ecclesia, dummodò liceat eius per fidem vera & viuam esse membra.

Tertitis. Allegatio testimonij Prophetici non solum admonet nos, quo pacto tum Propheta, tum Apostoli, adeoq; vetus & nouum Testamentum in illustrando Iesu Christo certatim laborarint: verum etiam, quid hunc, cuius ascensus in altum describitur eo in Psalmo, Dauid expresse Iehouam ibi appellat, illum ipsum vero Paulus asserit esse CHRISTVM: ΧΡΙΣΤΟΝ nobis indubitatum aeternae Deitatis CHRISTI subministrat haec allegatio Paulina. Sicut non insolens est Apostolis in suis allegationibus ad CHRISTVM directè referre, quæ in veteri Testamento de Iehoua prædicantur. Sic Paulus CHRISTVM docet fuisse illum Iehouam, quem Moses narrat ab Israëlitis in deserto esse tentatum. Sic Petrus IEHOVAM, qui Ioëlis 2. promittit, se velle effundere Spiritum sanctum super fideles, perspicue tradit esse CHRISTVM, qui dextrâ Dei exaltatus, Spiritum sanctum super Apostolos effuderit. Sic illud Iehoua, Esaie 45. Mibi se se flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.

1. Cor. 10.
Act. 2.

Paulus

Paulus Roman. 14. & Philip. 2. directè de Christo expo-
 nit. Ita quod Iehoua apud Ieremiam ait: Ego Dominus
 scrutor renes & corda: hoc Filius Dei ad sese transfert,
 Psal. 101. Apocal. 2. Similiter quod Iehoua ab initio terram fun-
 dasset scribitur: quod dicitur futurus lapis offensionis &
 Esa. 44. petra scandali: quod se primum & nouissimum appel-
 latur Esa. 6. lat: quod conspicitur gloria eius Prophetæ Esaia: quod
 Zach. 11. aestimari scribitur triginta argenteis, &c. Hæc omnia
 singulaq; de ipso Iehoua in Prophetarum scriptis tradi-
 ta & pradicata Euangelistæ & Apostoli in nouo Testa-
 mento manifestissimè referūt ad Christum Dominum,
 Hebr. 1. Luc. 2. Rom. 9. Apocal. 1. & 2. & Ioan. 12.

Quartus. De ascensu Christi in cælos, qui quomodo
 describatur, & quibus differentijs ab aliorum ascensu
 distinguatur, dictum est in paraphrasi. Monet autem
 nos Christi ascensus de nostro etiam ascensu, qui fiet in
 nouissimo die, quando in occursum eius rapiemur in
 aëra, & sic semper cum Domino erimus. Hoc Christus
 impetrauit nobis ascensu suo. Quaquam enim naturâ
 nobis clausum est cælum propter peccatum, & exula-
 mus hîc eiekti paradiso cœlesti, & iure dignitateq; pro-
 pria seu viribus proprijs nemo ascendit in cælum, nisi qui
 descendit de cælo, Filius Hominis, qui in cælo est: tamen
 ipse ascendens, nos quasi humeris & tergo suo impositos,
 regno cælorum inserit. Quemadmodum asserit, Ioan. 1.
 Amen, amē dico vobis, posthac videbitis cælum apertum,
 & Angelos Dei ascendentes & descendentes super Fi-
 lium hominis.

Quin-

Quintus. De triumpho Domini nostri Iesu Christi, quem consecutus est in die gloriose sue ascensionis in cœlum, & exaltationis ad diuinæ Maiestatis dextram. Christus enim cum nostris hostibus in arenam descendens, eos simul omnes potentissimè debellauit, peccatum sanguine suo deleuit, Satanam fortem armatum illum alligauit ac deuicit, mortem cunctis humanis viribus insuperabilem morte & resurrectione sua in victoriam absorpsit: portas inferorum expugnauit, vniuersum regnum tenebrarum fidelibus suis destruxit, & eternam captiuitatem cepit, captiuamq; in triumpho duxit, & vt ad Colos. 2. legimus, expoliatos principatus & potestates ostendit palam, triumphans de illis per semetipsum, ac dicens: Ero mors tua, o mors: ero morsus tuus, Ose. 13. inferne. Ceterum, quia Dauid triumphum Christi describens, multas refert curruum myriadas: monemur, non solum illum triumphare, sed in participationem gloria venire etiam fideles, quos è fossa, in qua non est aqua, potenter eductos in suo quasi complexu tenet, & vnâ cum illis in cœlos subuehitur. Quamobrem etiam cuncti hostes nostri formidabiles nobis amplius nō sunt: quin & in media militia possumus certā nobis victoriam polliceri, quod Apostolus Paulus facit, Rom. 8. & in uouissimo die manifeste contra omnes portas inferorū triumphaturi simus: quando sermo complebitur, qui scriptus est: absorpta est mors in victoriam. Vbi tuus, mors, a- 1. Cor. 15. culeus? ubi tua, inferne, victoria?

Proinde huic victori & triumphatori, duci salutis ac

X

vita

vita aeterna Patri & principi immortales pro tanto beneficio agamus gratias. Non praterendum autem est, quod in hoc triumpho dona quoque distribuit: sicut olim Romani Imperatores de suis hostibus triumphantes, dona spargebant in populum. Dona verò larga manu sparsit Christus, non euania, sed spiritualia, sed aeterna, quibus ad perpetuam salutem edificaretur fidelium Christianorum Ecclesia. Et denique in hoc suo triumpho ingressus est sanctum sanctorum, supra omnes caelos ascendens, & ad dextram omnipotentiae ideo sedens, ut implet omnia.

Sextus. Porro quando triumphi Saluatoris nostri participes fieri desideramus, ne pigeat nos praecedentis etiam descensus fieri consortes, in afflictione & patientia Iesu Christi, ut ad persecutiones omnisque generis aduersitates perferendas nos pie componamus. Non enim aliter nobis sempiternum regnum gloriae disponitur & datur, quam Christo, Luca 22. nimirum, ut quemadmodum illum pati oportuit, & ingredi in gloriam suam: sic & nos per multas afflictiones ingrediamur in regnum Dei, Act. 14. Si enim compatimur & conregnabimus: si commoremur, & conuiuemus, 2. Timoth. 2.

Septimus. Quoniam articulus ascensus Christi, sic nobis Apostolica enarratione Pauli considerandus proponitur, ut Christus in hoc ipso ascensu ad dextram maiestatis, & in omnipotentiae solio sedeat, omniaque impleat: sole clarius elucet, nequaquam habere nos causam ullam satis euentem aut grauem à proprio peritorum Caena sensu recedendi, quasi corpore & sanguine

guine suo Christus adesse ijs in locis non possit, vbi Cœna Domini toto terrarum orbe celebratur, eò quòd in celos ascenderit. Imò Paulina declaratio ascensus Christi confirmat potius nobis, quod facillimum ei sit in cibum & potum nobis dispensandi corpus & sanguinem suum, utpote qui iam etiam secundum assumptam Naturam in suo regno præsens sit, omniaq; impleat. Quemadmodum obiectionem Carolstadij, de descensu corporis CHRISTI è cœlo, quem feri oportere somniabat, si in Cœna præsens adesset, D. D. Lutherus confutans, ex hoc eodem Apostoli loco docet perspicuè, nihil opus esse CHRISTO tali descensu in Cœnam, cum (iuxta modum dextræ Dei) iam antè sit præsens. In summa (dicit Lutherus) vesanus Spiritus nugatur pueriliter, CHRISTVM (in Cœna) descendere & ascendere, nec intelligit virtutem regni CHRISTI, quo pacto sit in omnibus locis, & ut Paulus ait, omnia impleat, ad Ephes. 4.

Octauus. Paulus de distinctis gradibus docentium in Ecclesia tractans, non obscure docet, esse debere in Ecclesia ordinem, nec probari Deo ἀτάκτως, quæ nullus subsit alteri. Quæ res confusionem & barbariem introduceret, & infinita mala secum traheret. Ideoque DEVS ipse distincta conferens dona, ordinem sanxit & constituit, ut alij præsint, alij verò subsint. Quemadmodum Titum ceu Superintendentem Ecclesiarum Creticarum vult in ceteros habere quandam inspectionem, ut tales sint in

vita & doctrina, quales Apostolus ibidem describit, Tit. 1. Non enim est Deus autor confusionis, sed ordinis. Sit autem prerogatiua hac non potestatis, sed, vt dictum est, ordinis duntaxat.

Nonus. Quoniam ex professo commemorat Paulus summa illa ministerij Ecclesiastici officia, atq; interim Papa aut alicuius supremi in terra Pontificis, qui sit omnium reliquorum visibile in hoc mundo caput, nihil meminit: non immerito concluditur isthinc, quid Apostolus de Papae primatu sentiat. Nam si iudicasset, esse alicui in Ecclesia huiusmodi à Christo tributum dominatum in vniuersos reliquos Episcopos & Doctores orbis Christiani: neutiquam id in sua hac ἐπεὶ τοῦτον re-
ticuisset, sed supra Apostolos locasset Papam, tanquam principem Apostolorum, & Petri, vt gloriatur Papa, in officio successorem. At verò Paulus non modo in hac enumeratione potestatis Pontificiae nihil meminit, sed etiam quoriefcunq; officia Ecclesiastica recenset, vt Rom. 12. & 1. Corin. 12. semper obliuiscitur Romani Pontificis, non certè ex memoria defectu: sed quia nouit, huiusmodi Papalem praëminentiam nihil quicquam pertinere ad Christi regnū. Quam potius loco certissima nota designauit, qua Antichristus, homo ille peccati & filius perditionis dignosceretur.

Decimus. De efficacia ministerij verbi. Tribuit Paulus muneri apostolorum, Euangelistarum, Pastorum & Doctorem, quod Dominus illo vtatur ad adificationē Ecclesiae, ad instaurationem Sanctorū, vt mediante eo ho-

mines

mines ad fidem & agnitionem Filij Dei deducantur, & in virum perfectum proficiant. Ergo non est predicatio doctrinae coelestis inanis quidam strepitus verborum aut sonus sine omni fructu in aëra euanescent, sed salutare organum & potentia Dei saluos faciendi eos, qui credunt, Rom. 1. & 10. 1. Corinth. 1. & 3.

Vndecimus. Monemur, non debere nos in primis iniurijs Christianae religionis subsistere, sed ad vberiores profectus elaborare, & huc eniti, vt in fide & agnitione veritatis confirmemur. Quod Paulus similitudine hominis, in plenā aetate succrescentis submonet. Malitia quidem nos pueros esse decet, sed non sensibus: hoc est, decet quidem puerorum ingenuā simplicitatē emulari, ne simus impie versuti: sensus autem nostros decet esse exercitatos, ad discretionem boni pariter & mali, vt probare possimus, quid veritati consonū sit, quid secus: vt simus fundati in fide, ne vllis temptationū procellis à sinceritate fidei deturbemur. Quemadmodum scriptum est: Doctrinis varijs & peregrinis ne circumferamini: bonum est enim gratia constabiliri cor. Eam constantiam largitur Dominus petentibus & timentibus se, Psal. 25.

Duodecimus. De maleferiato studio pseudodoctorum, qui tanquam lupi rapaces in omnes occasiones intenti sunt, vt discipulos alliciant, Act. 20. & nō veniunt, vt pascant oves, sed vt mactēt & perdant, Ioan. 10. Quod hoc perficiant, nullius eos fraudis & impostura piget ac pudet, quin scripturam sacram pro omni suo placito violenter torqueant, deprauent, scientes volentes, & nihil

non tentent, dummodò possunt imponere hominibus improvidis & incircumspectis. Ergò caueamus illos operarios dolosos, & iniustitie ministros, quorum finis erit iuxta opera eorum. Cuiusmodi admonitiones extant multa, præcipuè Matth. 7. & 24. i. Ioan. 4.

Decimustertius. Dum iubet nos sectari veritatem cum charitate: de præcipuis duabus columnis monet, quibus totus Christianismus innititur. In hoc enim absoluntur quasi circulus officij Christianorum, ut veritatem sectentur in doctrina, & charitatem in vita. Tum autem sectabuntur veritatem, & apprehendent eam, & in eadem seruabuntur, si Deum pro hoc dono indefinenter orent, ac verbum ipsius sedulo audiant. Sermo enim tuus veritas est, ait Saluator Ioannis 17. Charitatem autem sectari tum censebuntur, si non verbo aut lingua dilexerint sed facto & veritate.

Decimusquartus. Rursum hic datur occasio differendi de capite Ecclesie, quod vnicum est Christus. Adulterinum enim caput illud Papam nescit Apostolus. Verum quia hic locus (suprà satis est excussus, cum in primi capitis explicatione versaremur: vberiore eius tractatione hic supersedeo.

Decimusquintus. Interim similitudo de membris vnius corporis sit nobis concio de seruanda vnitatis fidei & Spiritus, ne suauissima illa *οὐκ ἁετὴρ* corporis mystici per schismata aut dissensiones siue in doctrina siue in vita turbetur, & distractiones fiant eorum, qui tanquam vnius corporis membra in vnitatis Spiritus

Spiritus debebant esse veluti compagibus & iuncturis copulati. De qua doctrina in exegeſi primæ partis huius capitis dictum ſatis eſt.

DECIMVSSEXTVS.
DE GLORIA ET MAIE-
STATE EXALTATI
Ieſu Chriſti.

Suppeteret quidem nobis occaſio in locis Communibus etiam hanc doctrinam vberius confirmandi, quod videlicet ex vnione & hanc ſubſecuta ſeſſione ad dextram Dei, Chriſtus, quatenus Filius hominis eſt, diuiniffimum præſentis modi ſit ſortitus, quem Paulus exprimit verbis enarratis. *Aſcendit ſupra omnes cælos, vt impleret omnia.* Sed quia ſufficienter hac de re actum eſt in priori capite, nec non in paraphraſtica enarratione horum verborum: ideo ad conſutationem argumentorum aduerſa partis me conſero: quæ præter ſuperiora in primi capitis exegeſi conſutata amplius nobis obijciuntur.

Atq; hic mihi rurſum res erit cū Eremenſibus. Quamquam autem conuicijs penè inauditis Grab velut inſaniens contra Chriſtum, & ipſius ſacroſanctam Maieſtatem diuinam, os ſuum aperire, & in cælum expuere, adeoq; Oceanum quendam horribilium conuiciorum & blaſphemiarum euomere non erubuit: vt, quod noſtrâ doctrinâ horrendum *Βδελυγμα* nominat & *NEQVIS-*

SIMA deliramenta: quod contra nos exclamat: ô di-
 gnissimi odio Prosoposophista, & EXECRANDI AB
 Obserua OMNIBVS HOMINIBVS, doloſi mendacio-
 māſuetu- rum architecti, captantes flexiloquas ambages. M A L E
 dinē Cal- PEREATIS: & innumera alia, quibus reſerta ſunt
 quinianam, & ſcatent maledica ipſius charta: attamen atroces
 haſce criminationes, vt & cauillationes ipſius ſophiſti-
 cas, quibus per ſycophantiam verba mea peruertit, de-
 truncat, deprauat, nec non declamationes ipſius extra-
 uagantes, & impudentes accuſationes omittens, &
 Deo iudicandas relinquens, de re ipſa potius agā, cominus
 cum illo congreſſurus & argumēta eius, quæ ſuprà non-
 dum attigimus, ſed huic loco reſeruata ſunt, diſcuſſurus.

Verba

Primò oggannit: Si Humana natura ſit loci expers,
 Grab p. 52. à momento vnionis: cur ergò dicatur: conceptum in vte-
 ro, natum in Bethlehem, & nunc eſſe in cælo?

Reſpondeo, nunquam à nobis creditum eſt, quodd eo
 tempore, quo in vtero conceptus eſt Chriſtus, ita fuerit
 ſecundum Carnem loci expers, vt nulla ominor atione
 localis fuerit. Si hoc nobis Grab aſſingit, ſingit ſuo mo-
 re. Scimus in vtero fuiſſe Chriſti Humanitatem, ſci-
 mus in oppidulo Bethleem natum, & in Iudæa & Gali-
 læa localiter verſatum. Quando autem de Perſonali af-
 ſumptione queritur, quo tandem per vnionem hypſta-
 tica ſit aſſumpta Humanitas, & vbi ſuam hypo-
 ſtaticam habeat ſubſiſtentiam? Ibi verò neceſſariò
 λόγος nō fatendum nobis, λόγος non in vterum Mariæ aſſum-
 in vterum fuiſſe Humanitatem, non in hunc vel illum locum,
 ſed

sed in hypostasi suā: concedendum, non habere carnem matris, sed Christi personā suam existentiam in illo loco (aliās ei- in suam hypostasi affixa) sed supra & extra loca omnia in sola Persona Verbi, in qua personaliter subsistit, subsistit carnem. aliās per se propria personalitate carens.

Neg. est, vt hic crocitet Grab: si dicatur, eō (id est, in λόγον) assumptam & euēctam esse per vnionem Humanitatem, fingi λόγον esse locum. Sicut voculam (eō) per manifestam calumniam torquet, quando pagina 51. e hunc in modum συκοφαντῇ: sed tantō, inquit, absurdus est, quod cum in λόγον locus non sit, tamen mirus e nouator iste quasi in eo locus esset, eō assumptam dicit e Humanitatem. Si enim sic libeat cauillari: quibus modis licebit exagitare Scripturam ipsam? Nam si queratur: vbi sunt anima iustorum defunctorum? Nōne respondet Sapientia Salomonis: in manu Dei? Ergo ne propter aduerbium (vbi) fingetur manus Dei esse locus? Ita si queram ex Ecclesiaste: quod peruenit spiritus corpore suo solutus? Et is respondeat: Ad Deum, qui dedit illum? Quis nisi per sycophantiam colliget propter aduerbium (quod) Deum esse locum? Sic cum queritur: vbi est Christus, postquam in cœlos ascendit? Respondebit Paulus, Rom. 8. quod sit ad dextram Dei. Et Coloss. 3. ne quidem à vocula (vbi) qua aliās aduerbium loci est, abstinens, ait: superna querite, VBI Christus est ad dextram Dei sedens. Num ergo licebit Apostolo hanc notam impingere, quod propter voculam in Grammatica loci circumstantiam designantem, dextram Dei

X s locum

locum faciat? Quis Propheta aut Apostolus erit à mor-
su huiusmodi sycophantarum tutus? Talia propè innu-
mera possem ex Grabij libro huc referre, si luberet sor-
didum hoc Augiæ stabulum repurgare, & stercore illius
commaculare meam hanc in Epistolam Paulinam exe-
gesin.

Tag. 54. » Pergit autem sic arguari Grab. Humanitatem sub-
» sistentem in Persona Verbi (inconfusè atq; inseparabi-
» liter) simul & in loco & ubique esse, simpliciter est in-
» plicatio contradictionis. Et addit: Atque hic Rhodus est,
» hic saltus. Nam vt Christus passus est tantum carne, &
» non fuit impassibilis carne: ita (inquit Grab) idem car-
» ne TANTVM in loco est, & non ubique. Sed respon-
» demus: Non quia in cerebro Grabij apparet esse contra-

An sit con-
tradictio: & nihilominus respectu vnionis sit assumpta & TRANS-
Si Christus LATA in hypostasin Verbi, vbi vniuersa loca desi-
quâ Homo nunt, eâque ratione τῷ λόγῳ ὡς ὁ Θεὸς omni-
in loco, & presens, atque in dextra Dei omnia implens: propterea
respectu v- etiam apud DEVM contradictio est, qui utrunque in
nionis ex- Christi Humanitate prestitit. Nam Saluatoris Huma-
tra locum nitatem INTRA λόγου ὑπάρχειν, in qua cessat
credatur. omnis localitas, per vnionem verè assumptam, euectam
& translatam esse, atq; hoc respectu loca omnia trans-
scendere quisquis negat: is Christi Humanitatem tan-
tùm in loco relinquit, negq; in Personam filij verè exalta-
Grab vnio. tam aut assumptâ credit, ipsamq; vnionem verè distra-
nem distra hit. atq; hoc facere Grabium ex proprio suo ore iudicari
bit. potest.

potest, dum allegatis modo verbis affirmat, Christum carne TANTVM in loco esse. Hinc ergo sic aduersus illū concludimus: Quicquid TANTVM in loco est, id non est in hypostasi λόγου, quia particula (tantum) excludit omne id, quod non est locus. λόγον autem non esse locum, ipsemer, nisi planè desipit, fatebitur. At Grabius statuit, Humanitatem esse tantum in loco. Ergo nondum credit, esse illam personaliter in λόγῳ, qui non est locus. & in cuius hypostasi nulla vel sunt vel cogitantur loca. Quem suum Nestorianismum amplius prodit scribens, me docere non posse, Humanam CHRI. Pagin. 172.
STI Naturam EXTRA locum fuisse VNQVAM. Grabio Humanitatem appellat cum dico, Humanitatem man. Christi esse supra & extra locum. Et quando doceo ego sti NVN- Humanitatem INTRA Dei Verbi Personam (sic enim QVAM sonant verba mea) subsistere: ipse annotat: Eo quod Humanitatem dicit INTRA Dei Verbum subsistentem, ceterum
mitius aliquanto locuturus Eutyche, qui eam à λόγῳ absorptam esse blasphemauit. Vbi ceu forex suo proditur indicio, quod non credat, Naturā Christi humanam INTRA personam Verbi subsistere: quandoquidem aliquaratione hanc phrasin cum Eutychea absorptione componit, nisi quod aliquanto dicit miriorem. Quae omnia documento nobis sunt, Grabium contradiCTORIA fingendo, vbi coram DEO nulla sunt, semetipsum Nestorianismi laqueis insolubilibus implicare. Estq; iam satis ostensum, posse Humanitatem Christi esse in loco, & nihilominus in λόγῳ extra locum: maximè verò post-
quante

quam nunc Maieſtatem ſuam plenè uſurpat, in dextra Dei transcendere, ut omnia quacunque vel in hoc, vel futuro ſeculo nominantur: ita quoque omnia loca, ut ſine locali diffuſione impleat omnia.

Quod autem paſſionis inſtantiam, quam obtendit, attinet: Voluntate ſuam carnē verè paſſibilem & mortalem tempore exinanitionis eſſe voluit, quæ ex vnione poterat eſſe impaſſibilis & immortalis ſicut nūc in dextra Dei eſt manetq; perpetuò paſſionis & mortis expers. ſed ob noſtram ſalutem ſuo iure uti noluit. Itaq; impaſſibilitatem verè ad tempus depoſuit, quemadmodum & dominium vniuerſorum, ſalua permanente vnione. Exiſtentiam autem ſuam perſonalem (qua ſecundum Humanitatem perſonalitate propria carens, ſubſiſtit in hypotaſi Verbi, ſupra & extra omnia loca) deponere non poterat, niſi deſuiſſet Natura humana vnita eſſe λόγῳ.

Locus Heb. Aliquoties etiam opponit locum Hebraeorum 8. quem 8. Si eſſet in ſic allegat: Si carne in terris eſſet, ne quidem ſummus terra, ne ſa Eccleſie Sacerdos & Pontifex eſſet. Apoſt. ſus autem non ſacerdos qui. dicit: SI CARNE eſſet in terris, ſed ſimpliciter: Si eſſet ~~et~~ in terra. Conſert enim inter ſe Sacerdotes Leuiticos & Chriſtum. Et illos quidem affirmat fuiſſe terrenos Pontifices, ac terrenas tractaſſe victimas, atq; ſic deſeruiſſe exemplari & vmbra. Talem terrenum eſſe Pontificem Chriſtum rectè negat Autor Epistoſe ad Hebraeos, hoc & non alio ſenſu: Si Chriſtus eſſet terrenus Pontifex, tum non eſſet verus ille Pontifex magnus per reliquos adumbratus,

bratus, sed ipsemet quoque tantum tractaret vmbra-
 sicut & ceteri Sacerdotes de terra terrestres vmbra-
 tractant, & exemplari deseruiunt, nequaquam vero circa
 celestium bonorum dispensationem versantur. Hoc tan-
 tum, & nihil aliud voluit Apostolus. Et iuxta hunc Apo-
 stoli scopum Christus negat Deitate, negat carne sic in ter-
 ra est, vt exemplo ceterorum Sacerdotum terreno sa-
 cerdotio fungatur. Et quo sensu hic negatur esse in ter-
 ra, quia non agat vel adsit terreno modo: sic eodem mo-
 do negatur esse à terra. Nam Ioannes Baptista se ipsum
 à Christo sic distinguit, quod ipse quidem (Baptista) sit
 de terra terrenus: id quod de Christo per apertam anti-
 thesin negat. Quaquam enim carnem suam non coe-
 litus attulit, sed in terra, imò in inferioribus terra, vt
 Psalmus ait, hoc est, in vtero materno assumpsit: tamen
 quia hac caro non terrena lege aut cursu aliorum homi-
 num, qui à terra profecti terreni sunt, sed celesti obum-
 bratione Spiritus sancti, & virtute altissimi copulata
 est Filio Dei, & in ipsa met aeterni λόγου τῶς σαρ-
 ριν per vnionem translata verè coelis omnibus sublimior
 facta est, per vnionem scilicet, Nysseno teste, euecta in
 propriam Verbi celsitudinem: ideo rectè negatur hoc
 sensu Christus à terra esse terrenus, & in hoc à Ioanne
 Baptista & alijs merè distinguitur. Ideoq; Adamo pri-
 mo homini in eo etiam opponitur, quod primus homo de
 terra terrenus fuerit: at secundus homo ipse Dominus
 de coelo, vnde celestis Adam aliquoties ab Apostolo cog-
 nominatur. Proinde sicut homo Christus non est à terra
 terrenus,

Christusra-
 tione car-
 nis non est
 à terra ter-
 renus.

terrenus,

terrenus, cum respectu Deitatis, tum etiam, sub indicatæ ratione & modo, respectu carnis: ita neque in terra dicitur esse sacerdos. Non quod omni planè ratione secundum carnem à terra absit, sed quia in dextra Dei suum officium sacerdotale peragens, & in illa dextra Maiestatis atque omnipresentia throno omnia implens, cœlesti tantum modo est nobis præsens, non terrestri, tanquam administrator cœlestium bonorum, ut Epistola ad Hebræos fusius explanat. Quid, quod Deus ipse sic distinguitur ab hominibus, ut DEVS quidem dicatur esse in cœlis: homines verò in terra? iuxta verba Psalmistæ: Cœli cœlorum Domino, terram autem dedit filiis hominum. Quis autem tam ineptus esset, qui propter hanc apertam distinctionem vellet inferre, Deum nullo planè modo esse in his terris præsentem? Qui cum in terris adest, ibidem in cœlo potius dicitur esse quàm in terra, siquidem non terreno modo, sed cœlesti præsens est. Si excipiant, Scripturam alibi de Deo affirmare, quod sit vbique præsens, ideòque non sine declaratione esse Psalmistæ verba intelligenda: Nos vicissim respondemus, cur non etiam de CHRISTO, quæ Homo est, agnoscant testimonia, quæ illum secundum carnem in omnipresentiæ solium ad dextram Dei ob hanc ipsam causam collocatum referunt, V T OMNIA IMPLEAT, & præsens, non absens (cœlesti autem, non terreno modo præsens) sacerdotio suo profungatur? Cur non agnoscunt promissiones: Sum vobiscum, usque ad consummationem sæculi. Et quod Ioannes illum,

quæ

quâ filius hominis est, in spiritu videt ambulantem ac Apocal. 1.
 presentem IN MEDIO Ecclesiarum Asia, qua per & 2.
 aurea candelabra in ea visione designantur? Qua etsi
 fuerit visio, tamen REM ipsam qua visioni subest, vera-
 citer considerandam proponit, & veritatem nobis, non
 falsitatem declarat.

Et si aduersarij omnino verba Epistolæ (si in terra
 esset, ne sacerdos quidem esset) ad præsentiam CHRI- *Deductio.*
 STI ratione carnis penitus à nobis secludendam im- *ne ad ab-*
 portune accommodent: respondeant nobis, qua possit surda refel-
 esseratio consequentia, vt si vllò modo reali quantum- *litur Gra-*
 uis diuino sit in terra, propterea non sit sacerdos? Er- *bij glossa.*
 gone plus facit ad sacerdotalis muneris administratio-
 nem, si in dispensatione bonorum suorum à nobis absit,
 quam si in dextra DEI nobiscum sit, & præsens per-
 agat illam bonorum cœlestium administrationem?
 Præterea nonne ex aduersariorum peruersa explicatio-
 ne sequetur, CHRISTVM cum adhuc in terris
 ambularet, non fuisse Sacerdotum nostrum? Imò post-
 quam iam per proprium sanguinem fuisset ingressus in
 sancta sanctorum in passione & morte, ac deinde per
 quadraginta dies se multis in terris reuera ostende-
 ret: num propterea non potuit toto eo tempore esse sa-
 cerdos? quia in terra fuit? in terra discipulis suis se re-
 diuini exhibuit? Hæc simul omnia euincunt, glossam
 aduersariorum esse vanam, nostram verò expositionem
 veram ac certam.

Ut obtineat Grab, Christi Humanitatem tantum esse localem, nullo verò modo aut ratione extra locum, ne quidem quatenus in λόγῳ subsistit, & in λόγῳ consideratur: hoc sophisma nobis aliquoties obiecit: Si
 Pagin. 165, Christi Humanitas non sit in λόγῳ localiter: separari
 & alibi. illam & à nobis per quendam Nestorianismum considerari extra λόγον. Ad hoc puridum obiectum summatim initio sic respondeo: Ipsa illa Humanitas, quæ in λόγῳ est, & quæ NVNQVAM est extra λόγον, Hum. respe non tamen localis est, QVATENVS in λόγῳ est, hoc est, sua exi est, respectu eius existentia, quæ subsistit in illocali hypostasi in λόγῳ Verbi. Neque habet Humanitas localitatem ex γῳ, nō est nione, quatenus cum λόγῳ personaliter VNITVR: localis. sed habet ex proprietate sua natura, quæ à λόγῳ in ipsa vnione essentialiter DISTINGVITVR. Nam in vnione manens, & nequaquam extravnionem collocata duplici hoc modo consideratur. Primò, quatenus suis proprietatibus naturaliter à λόγῳ DISTINGVITVR (non autem separatur aut disjungitur) Deinde quatenus CVM λόγῳ personaliter VNITVR, deratur. Neutro modo extra λόγον ponitur caro, sed priore illo considerationis modo Humanitas suis attributis à λόγῳ distinguitur tantum, idq; in ipsa vnione, sicut in ipsa vnione distincte manent Natura Christi. Ergo in loco esse dicitur Humanitas, quatenus in suo hoc attributo, vt DISTINCTVM quid (non separatim) consideratur. In hypostasi Verbi autem extra & supra loci

conditionem, nō quatenus à λόγῳ essentialiter distin-
 guitur, sed quoad cum λόγῳ V N V M personale seu v-
 num ὕφιστατον esse spectatur. Prius illud (nempe in
 loco esse) distincta conditioni Humanitatis adscribitur:
 posterius hoc (nempe in λόγῳ esse extra & supra locū)
 INDISTINCTAE unitati personali acceptū fer-
 tur. Atque hæc duo (in loco, & in λόγῳ esse) non dif-
 ferre ratione tantum, vi Grab affirmat, sed reuera esse Grab pag.
 diuersos existentia modos nemo negauerit, nisi eadem 179.
 operâ fateatur, ratione tantum differre, re ipsa autem An in loco
 idem esse distingui à λόγῳ per conditionem Naturæ, esse, & in
 & vniri cum λόγῳ per unitatem Persona. Et si i. λόγῳ sub
 dem re ipsa sunt ac sola ratione differunt, in loco esse, sistere, SOA
 & in λόγῳ esse: tum quemadmodum est in loco (velut L A ratio-
 ti Ierosolymis, in Bethlehem, Nazareth, &c.) natura- ne differat.
 liter: ita subsistet etiā in λόγῳ naturaliter. Et quem-
 admodum fuit in loco per locationem physicam: ita et-
 iam physica locatione substitit ac subsistit in ipsa aterna
 ὡς λόγος Verbi. Sic iuxta portentum illud Gra-
 bianum, locatio physica in loco à personali subsistentia
 Humanitatis in λόγῳ tantum ratione differet, non re
 ipsa. Ita quemadmodum similis factus est fratribus suis
 (inter cetera) etiam physica locatione seu existentia
 in loco, ita similis factus credetur fratribus suis, & hi
 vicissim Christo similes credentur facti personali subsi-
 stentia in Dei Verbi persona: siquidem inter esse in loco,
 & subsistere in persona λόγῳ re ipsa nihil interfit, sed

sola ratione differant, vt contendit Grab, & suffragatur PeZelius. Obtestor te (quisquis es, qui hac legi) per Dei misericordiam, & per animæ tuæ salutem, ne hac iudicia Dei in his Caluiniæ Doctõribus asperneris, quos in sensum reprobum traditos vel ex hoc vnico luculenter cernitur, quoddã contradicendi studio eò vsque transuersi abripiuntur, vt articulum incarnationis Christi à fundamento subruant, & radicitus exterminent. Si enim secundũ eundem illum existendi modum locationis physicæ, quo in loco versatus est, & non sublimiore alio reuera distincto, Natura humana Christi subsistit in persona Filij Dei: & si non re ipsa, sed tantũ ratione differunt, in loco & in λόγῳ esse: euacuatum iam est totum hoc mysterium, & è diuina sua sublimitate in canum prodigiosissimi commenti humani demersum, omniq; sua maiestate cœlesti spoliatum penitus. Ne autem Lector quicquam dubitare possit,

Pag. 179 hanc esse Bremensium Caluinistarum mentem: verba

- » ipsa huc referam, quæ sic habent: Vt in homine modus,
- » quo corpus est in loco, & quo est vnitum anima, sola ratione differunt, & non sequitur, vnionem cum anima
- » localem esse: ita in Christo SOLA ratione differunt,
- » carnem esse in loco, & SVBSISTERE in Persona

- λόγῳ. Hac illi. Quomodo autem in verbis, quæ coherent, cum pergunt ac dicunt (te minimè sequitur, vnionis modum naturalem & localem esse, quamuis caro

Bremenses subsistens in λόγῳ localis, & non omnipræsens iuxta ipsi sibi cõ- Dei verbum credatur) sibi ipsimet turpissimè contradicant;

tant, ex his, quæ dicta sunt, satis superq; liquet. Si enim personalis subsistentia Humanitatis in λόγῳ re ipsa nihil aliud est, quam localis existentia in loco (siquidem in loco esse & in Persona Verbi subsistere, differant Græbio SOLA ratione, non re ipsa) quomodo non vnio etiam localis fuerit? cum vnio Naturarum in Christo ex modo subsistentiæ assumptæ Naturæ in λόγῳ infallibiliter æstimeretur? vt sicut illa personalis est, ita & hæc sit personalis. Sicut etiam vnio consistit in eo, quod λόγῳ & carnem ratione personalitatis euehit extra & supra omnia loca, imò extra & supra omnes creaturas in suam vsque ὡς ἐστὶν, ibiq; persone, plenitudinis Deitatis suæ, ac diuinæ gloriæ maiestatisq; cōsortem reddit. Græb autem Humanitatem Christi, QVATENVS personaliter in λόγῳ ὡς ἐστὶν subsistit, tantum localem & localiter esse, ET NVNQVAM esse extra locum sine fine hactenus contendit. Aut si neget personalem existentiam Humanitatis in λόγῳ esse localem. necesse est, vt illocalem esse fateatur, siquidem inter locale & illocalem nullum est tertium, & sic in sumum euanescent hæc paradoxa Græbiana & Pezeliana: quod Natura humana Domini tantum sit localis, sit nunquam extra locum, & quod personale ipsius subsistere in λόγῳ re ipsa nihil sit aliud, quam naturalis eius locatio in loco, differre autem SOLA ratione.

Nihil quicquam verò proficit simili suo de corpore Pag. 179
humano, cum scribit: Et in homine modus, quo corpus Argumen-

I 2 est

rum Gra. est in loco, & quo est unitum anima sola ratione differt, *by* à simili. & non sequitur, vnionē cum anima esse localem: ita in
 ,, Christo sola ratione differt esse in loco, & subsistere in
 ,, Persona λόγος, & minimē sequitur, vnionis modum
 ,, naturalem & localem esse: his inquam, oleum perdit &
 operam, nec se expedit, sed magis intricat, sicut in exa-
 mine istorum modò apparuit. Quemadmodum neq; pro-
 ficat quicquam, quòd putat, Sicut corpus hominis non
 accipiat per vnionem cum anima modum praesentiae de-
 finitiuum: ita neq; Humanitatem Christi habere mò-
 dum ullum alium ex vnione, prater localem.

Et sanè hactenus congruit similitudo, quatenus Hu-
 mana Domini Caro per coniunctionem cum λόγος non
 sortitur eum repletiuae praesentiae modum, qui ex
 INFINITATE essentiae nascitur & describitur. Sic-
 ut neq; corpus hominis consequitur per copulationem
 cum anima, vt sit definitiuo modo alibi, sicut anima,
 iuxta conditionem Spirituum. Quòd autem hac simili-
 tudo sit extendenda latius ad abnegandam omnem
 aliam praesentiam, quae localis non sit: id verò neuti-
 quam largiri vel possumus vel debemus. Quod si maxime
 ratio diuersitatis nos in isto simili fugeret: tamen vel so-
 lum scripturae testimonium sufficeret ad demonst-
 randum, quòd per vnionem personalem Humana Natura
 Christi modum praesentiae alium reuera à naturali seu
 physica locatione diuersam sortita sit.

Aliquid enim Spiritus sanctus tradit, propter vnio-
 nem personalem esse Naturas in Christo vt inconfusae,
 ita

ita inſegregabiliter & indiſtenter vnitas, vt nulla hic inter eas ſingenda ſit $\Delta\Gamma\Theta\sigma\iota\varsigma$ ſiue diſtancia. Tradit, $\lambda\omicron\gamma\upsilon$ vniuerſa plenitudine ſua Deitatis perſonaliter tantum habitare in Carne, non etiam eſſe extra Carnem, locorum ſpacijs ab illa diſtātem & abſentem. Tradit, Chriſtum exaltata ſua Natura in throno dex- Scriptura tra Dei ſic transcendere loca, vt non impediatur illis, omnipreſ. quò minus omnia implere, & quā filius hominis in me- Chriſti ho- dio candelabrorum aureorum in his terris verſari poſ- minis aſſe- ſit. Hac vox Spiritus ſancti ſufficeret nobis, etiamſi va- rit. rio diuerſitatis inter vniōem perſonalem $\lambda\omicron\gamma\upsilon$ & carnis, & naturalem vniōem animæ & corporis, quod præſens argumentum attinet, eſſet incognita. Quando- quidem certum eſt, modum, quo due in Chriſto Natu- re in vnum perſonale conueniunt, ſeu in vnam exiſten- tiam, vt Patres Chalcedonenſis Concilij loquuntur, in- confuſe & INSEGREGABILITER concurrunt, copulationis vinculo, inter hominis animam & corpus, ſongè eſſe arctiorem.

Verum ex abundanti placet aduerſarijs diuerſitatis rationem maniſeſtiſſimam ob oculos ponere. Eam præci- pue poſitam in eo dicimus, quòd in vniōe $\lambda\omicron\gamma\upsilon$ & Carnis eſt ASSUMPTIO quedam, per quam Carni nouus & ſingularis præſentia modus emergit & reſul- tat. Quæ aſſumptio in vniōe animæ & corporis deſicit, Quod veritatis amans Lector ſic, velim, accipiat.

Anima hominis non aſſumit corpus in ſeiſam: quia Anima nō

I 3

non aſſumit

corpus in-
tra se.

non est persona quadam per se subsistens, antequam
formetur corpus, ut illud deinde intra se assumat. Sed
naturali quadam lege sic vnitur corpori, ut potius ani-
ma sit in corpore, subeundo & informando illud, quam
ut corpus dicatur esse in anima. Quæ etiam causa est, ut
secundario & per accidens anima aliquo modo parti-
iceps fiat localis presentie Corporis, & localit transla-
tioni motuiq. subijciatur, ut translato corpore simul
anima δευτέρας de loco moueatur in locum. Proinde
concedimus sanè ex vñione cum anima corpus non ac-
quirere definitiuum illum modum, ut sit alicubi defini-
tiue sicut Spiritus. Quandoquidem anima, cuius pro-
prium est definitiue esse in corpore, cum non sit per se
Persona, non assumit corpus intra sese, & in suam illam
definitiuam existentiam. Quin hoc addimus, quòd ne
localem quidem modum corpus habeat ab anima. Si-
quidem corpus Ade, exempli gratia, etiam priusquam
informetur à sua anima, locale est, & cum recedit ani-
ma, corpus Ade, ut & cuiuslibet hominis, non definit esse
locale. Nam et si localem progressionem seu facultatem
mouendi se de loco in locum acceptam fert anima, ut &
alia attributa: Localitas ipsa dependet non ab anima,
sed à corporis proprietate physica. Diuersum planè in
mysterio diuino hypostatica vñionis euenit. Ibi enim
non huiusmodi est vñio, qua λόγος & Caro quadam
Natura lege vñiantur, ut neutrum assumat alterum:
Sed hic ea regnat ASSUMPTIO (qua in anima &
λόγος & corpus coniunctione deficit) ut λόγος & naturam
sumit Hu-
Humanam

Humanam non ita in loco tantum relinquat, quin ean-
dem supra loci conditionem intra suam *ὑποστασιν* tra se.

verè assumat & transferat. Non enim ea vnione λόγος
è suo statu quasi motus se in Humanitatē demersit: sed
Humanam potius naturam, aliàs Personalitate propria
destitutam, ultra statum & conditionem illius natura-
lem in seipsum eleuauit. Vnde & Diuus Athanasius Per-
sonalem vnionem in suo Symbolo definit ASSVM. Human. in
PTIONE Humanitatis IN DEVM. Qua assum- DEVM
ptione Humunitatis in Deum D. Athanasius incompa- assumpta,
rabiliter plus intellexit, quàm localitatem istam, in qua
omnis proa & puppis sapientie & eruditionis Theolo-
gicæ Bremensium consistit. Proinde hac demum assump-
ptione Humana Christi Caro intra Dei Verbi hyposta-
sin verè translata & euecta, acquirit hunc transnatu-
ralem planèq; Diuinum presentie modum, quo in ater-
na hypostasi vnigeniti Filij Dei verè existens & emi-
nens, loca vniuersa incomparabiliter transcendit & su-
pergreditur: ita vt personalem suam existentiam & sic
quoq; presentiam personalem non habeat in hoc vel illo
loco, sicut neq; in hunc siue in illum locum assumpta est
(aliàs eidem loco maneret perpetuò affixa) sed habeat
illam in ipsa purissima singulari hypostasi vnigeniti: ac
nihilominus possit localiter versari, & sese sistere in
loco, quando & quoties voluerit, sicut Diuus Luthe-
rus orthodoxè scribit: ineffabiliter autem profundius
sit & immaneat Caro in vnigeniti Persona illa, quàm
in loco sit. A loco enim absoluitur, respectu personalis
I ✚ existens.

existentia: absoluitur à localitate, in dextra Maie-
statis. Absoluitur item à loco in mysterio Cæna Do-
minica, vbi alio sublimiori quàm locali modo adesse
Corpus Christi credit & conficitur orthodoxa Ecl^{ia} Dei
Ecclesia. Ε λόγῳ autem non emouetur, non eximitur
vnquam Caro semel in illum assumpta & eleuata. Et
hec de argumento, quod à simili dedunt.

Eiusdem porro momēti est & hoc sophisma, ad quod
etiam alludunt: Si non respectu vnionis sit in loco & lo-
calis Christus secundum Humanitatem: consequi, quod
nec respectu vnionis nascatur ex Maria, & patiat in
cruce. Si verò non ratione vnionis hoc eueniat Christo,
verè affirmari nō posse, quod Dei Filius nascatur ex vir-

Propter v-
gine. & patiat in cruce. Et quidem quod Filius Dei in
mionē ipse ista tēporali natiuitate ex virgine nascitur, & Dominus
Dei Filius gloria crucifigitur, id certè vnioni & κοινῳίῃ Natu-
nascitur et rarum acceptum ferendū est, quā λόγος Naturam ta-
patitur. lem assumpsit, quæ huiusmodi Natiuitatis & passionis

capax esset, eamq; sibi sic fecit personaliter propriā, vt
quicquid huic carni euenit, id nō seorsim carni eueniat:

Crimē fal-
si à Grab
admissum. siut per crimen falsi Grab mibi hanc maculā aspergit,
dum id, quod data opera in masculino posueram, vt ad
Christū tanquam Personā illud nasci & pati referrem,
ipse malitiosè in fœmininū vertit, vt dehinc eò audacius
mibi impingeret Nestorianismi crimen de natura Hu-
mana seorsim nascente & patiente, & extra vnionem
personalem considerata. Minimè omnium verò senti-
mus aut credimus, seorsim illud nasci & pati euenire

Carni,

Carni, sed ipsi vnigenito λόγῳ. Quanquam enim nascitur & patitur Christus carnis proprietate, quā à λόγῳ λόγος ap-
 Deitate verè DISTINCTVM quid in ipsa vnione p̄p̄iat p̄p̄i
 intelligitur: tamen quia λόγος immediatè Naturam ea, quibus
 ipsam Humanā sibi fecit hypostaticā vnione propriam: aliās Caro
 idēd mediātē iam Humanā quoq; istius Naturæ propria NATVRÆ
 (quibus aliās in vnione manens naturaliter à λόγῳ LITER à
 distinguitur) per ἰδιωτικοῦ sibi appropriauit: vī λόγῳ di-
 ipse Dei vnigenitus in re veritate nascatur ex muliere, stinguuntur.
 Gal. 4. ipse Autor vitæ occidatur, & gloriæ Dominus
 crucifigatur, non proprietate Deitatis, sed Humanita-
 tis. Caterū quod in hac natiuitate Christus præter re-
 rum seriem ex virgine nascitur, quod PRO NOBIS
 nascitur, quod natiuitate hac sua impuritatem nostrā
 natiuitatis eluit & expurgat: Quod item PRO NO-
 BIS adeoq; pro totius mundi peccatis patitur & mori-
 tur: & per hanc natiuitatem, passionem & mortem, sa-
 lutis mysteria nobis dispensat: hæc, inquam, quia subli-
 mia sunt non humilia, & quia non cum ceteris homi-
 nibus cōmunia habet, vt aliās ipsum nasci, pati & mo-
 ri absolutè consideratum: idēd non dependent à pro-
 prietate, qua NATVRALITER distinguitur à
 λόγῳ, sed ab vnitate Personæ, secundum quam Caro
 Saluatoris, vnum quid cūm λόγῳ esse creditur, vnum
 autem non essentialē, sed personale vnum, seu vnum
 ὁμοῦς ἰσού, vt & Patres locuti sunt. Ex his quæ di-
 cta sunt, vanitas apparet obiectionis, Summa solutionis

huc redit, quòd et si Humana Natura ex vnione non humilia percipit, sed sublimia & humilibus tanquam sibi naturalibus in ipsa vnione differt à λόγῳ naturaliter: tamen λόγος ipse per eam vnionem sibi humilia Humanitatis reali κοινῶς appropriârit, sed mediatè, vt

Attributa dictum est. Siquidem cum Natura Carnis se vniuit incarnis mediatè. Qua Natura mediante, eiusdem iam accidentia quoque propria & attributa τῷ λόγῳ, personentur τῇ naturali Humanitatis consortio, quasi appropriantur. Ex λόγῳ esse, qua etiam vnione omnis vis meriti dependet.

Pag. 166.

Quod obijcit. Binam introduci Humanitatem, si circumscripta statuatur & non circumscripta: frivolum est, & tam per Diuum Lutherum pie memoria, tum per alios nostrarum Ecclesiarum Doctores plus centies confutatum. Et quoniam vocabuli circumscriptionis homonymiâ frequenter in suo scripto ludit Grab: placet explicationem homonymiâ solutioni argumenti præ-

Circum-mittere. Dupliciter circumscribi dicitur Christi Humanitas: vel loco, vel natura sua proprijs terminis. Illa circumscriptio localis est, quâ circumscribi dicitur Caro alieno termino, hoc est, loco forinsecus ambiente. Hac posterior essentia finitio est, circumscribens Humanitatē non termino alieno, sed proprijs Nature finibus; quatenus ipsa Humanitatis natura non infinita, sed finita esse intelligitur. Priorem circumscriptionem localem dixi-

Localis circumscriptio supra in explicatione primi capituli, esse merè accidentariam, qua tolli possit per vim Diuinam, saluo manente accidente corpore. Quod hinc comprobatur, quia potuerit

Dem

Deus, antequam locus esset vllus, condere corpus, idē, si-
ne loci adiumento prastare saluum. Et palpabili absur-
ditate se turpiter dat Grabius, quod pag. 176. asserit, fu-
turum fuisse Christi corpus LOCALE, si maxime an-
te mundi creationem, nullo vspiciam adhuc existente lo-
co, fuisset assumpta: Adeo enixè studet Christi corpus
mancipare loco, & loci necessitati subycere. Altera cir-
cumscriptio, quæ ipsius Naturæ & essentie finitio est,
nunquam tollitur, ne quidem in vnione aut sessione ad
dextram Dei. Siquidem perpetuò finita est, finita ma-
net. suæq; essentie circumscripta finibus, quandocunque
& vbicunque tandem spectetur: non minus, quàm cu-
iusque hominis Petri, Eliæ, &c. corpus finitum est.

Essentie fi-
nitio nun-
quam tol-
litur.

Atq; huc respexit Damascenus, cum scribit, ean-
dem naturam non esse posse circumscriptam & incir-
cumscriptam, hoc est, finitam simul & infinitam. Id
quod nullus nostrum dixit vel scripsit vnquam. Pag. 164.

Argumentum ipsum quod attinet, dicimus, neutra
circumscriptione tolli personalem carnis presentiam in
λόγῳ, quæ loca in vniuersum omnia supergreditur: vt
nec humanitatem vnā Christi in binas distrabi. Qua-
re? quia scriptura de vna & eadem Christi Humanita-
te vtrumque pronunciat, tum quod localiter possit esse
quoties & quando velit circumscripta loco forinsecus
ambiente, perpetuò autem sit naturæ suæ terminis cir-
cumscripta: tum verò etiam quod in Persona filij Dei
transcendat omnia. Vbi non alia constituitur Huma-
nitas, quæ circumscripta sit finitate Naturæ, alia verò, nec Huma-
nitas.

quæ omnia transcendat & impleat. Sed eadem Natura humana Christi τὸ λόγῳ unita existens, & unita manens, circumscripta est PER ESSENTIAM, quia finita, & deinde quatenus & in quantum personaliter in λόγῳ est, LOCO certè forinsecus ambiente non circumscripta est, sed potius CIRCUMSCRIBENS locum, mensurans & per Maiestatis modum illocalem implens omnia. Quia ut aliquoties iam dictum est, Scriptura non ita relinquit Humanitatem tantum IN loco, quin assumptam & translata per unionem fateatur aliquò, ubi evanescit omnis localitas, nempe in Filij Dei hypostasin, salua nihilominus in æternum manente circumscriptiōe, quæ essentia est. Neque enim ideo omnipræsens est, quod in infinitum sit ducta, sed quia FINITA & essentia finibus circumscripta permanens ab infinito λόγῳ nusquam abest, ἀλλ' ὡς αὐτῷ ei extra locorum intervallum, supra quàm cælorum Angeli possint assequi, inenarrabiliter præsentissima.

Et hoc mysteriū est, quod non capit ratio, quod finita natura INDISTANTER unitur cum infinito Deo, & in dextra Maiestatis DEI COMPLETA CONSUMMATAQUE subiectione subiecta sibi tenet loca simul omnia, Patre nihil omnium excipiente, quod Filio iuxta carnem non subiciat, Hebr. 2. Ergo & loca subiecit, & quidē loca omnia, quæ vel in hoc vel in futuro seculo nominari possint, ut ijs non contineatur, sed eadem continet,

neat; TRANSCENDENS & continens illorum
facta.

Hæc regni cœlestis mysteria si Bremenses fidei oculo
(quem per enormem blasphemiam perfidia oculum ap- Pagin. 172a
pellant) aspicerent, rectius æterna saluti animarū sua-
rum consulere. Quia verò ratione sua humana me-
tiuntur ista mysteria: mirum non est, ipsos contradi-
ctiones fingere, vbi coram Deo nullæ sunt. Circumscrip-
tum esse finibus essentia, & forinsecus ambiente loco
NON circumscriptum esse, sed potius supra loca vni-
uersa eleuari, non pugnant coram Deo, qui hæc in Chri-
sto, mediante hypostatica vnionis mysterio conciliauit.
Consulant autem Bremenses locum communem, quem
sub finem tertij capitis huius Epistolæ de contradictioni-
bus trado, & ibi ingenium suum, si placet, exerceant.

Sic patet ex dictis hætenus, haudquaquam poni as-
sumptam Naturam extra λόγον, sed nec geminam
effici, si maximè respectu sui consideratam dicamus esse
posse localem, & quatenus in ὁμοῦς ὁμοῦς vnitate
spectatur, conscendere in thronum omnipresentiæ Dei.
Nam posse vnā eandemq; Christi Carnem duplici hoc
modo considerari, nec tamen vel geminam reddi, vel
extra λόγον poni altero considerationis modo, sed tan-
tū ab eo per attributa naturalia distingui, antea li-
quidissimè declaratum est. Quemadmodum ipse quoq;
λόγος non respectu vnionis cum Carne consideratur,
quatenus in Deitate gignitur, & ab ipso Spiritus sanctus
proce-

Notabent. procedit. Hoc enim non facit propter vnionem cum Natura assumpta, neque habet hoc, quatenus vel IN QVANTVM vnitus est Carni. Ergone hac consideratione geminus constituetur λόγος? vnus qui non sit vnitus Carni, à quo Spiritus sanctus procedat: alter, qui Carni vnitus sit, à quo non procedat Spiritus sanctus? Imò idem ille λόγος, qui VNITVS est Humanitati, spirat spiritum sanctum, etiamsi hoc non faciat IN QVANTVM vnitus est Humanitati: siquidem inde neutiquam habet. Cur ergò negatur Grā de Natura Carnis assumpta, aliā illam fieri numero diuersam, vel extra λόγον seorsim poni, si aliter consideretur in suis attributis naturalibus (quæ in ipsa vnione manens à Deitate habet distincta) aliter verò quatenus & in quantum vnita λόγος Diuina percipit & sublimia?

Num igitur Cyrillus quoque geminam in Christo Humanitatem fingit, & alteram extra λόγος coniunctionem collocat, quando Carnis Naturam PER SE nihil ad viuificationem valere scribit, ac nihilominus PER VNIONEM verè ad viuificandi virtutem conscendere proficitur? Num Paulus, qui Christo secundum Humanitatem adorabile nomen PER GRATIAM collatum innuens (Deitas quippe per gratiam nihil accipit) è diuerso palam enunciat, Christi Humanitatem PER SE consideratam, adorabilem non esse naturā, sed per vnionem id accipere ex gratia? Sicut ergò IN ADORABILE per se, & adorabile per gratiam, apud

Paulum

Paulum non pugnant, licet aliàs Adorabile & Inadorabile, si utrūq; sine limitatione dicatur absolute, verè sint contradicentia: Et sicut NON VIVIFICVM per se & VIVIFICVM per vnionis gratiã, apud Cyrillũ non sunt contradictoria, etiam si aliàs absolute intellectu vtrūq; reuera pugnent: Sic quoq; LOCALIS per se, & ILLOCALITER omnia implens, vt Paulus nominat, per vnionis & sessionis gratiã: similiter NON omnipotens per Naturã, & omnipotens per vnionis & exaltationis gratiã minimè pugnant, etiam Damasceno teste, qui vtrūq; hoc ipso discrimine & limitatione de Humana Christi voluntate sonora voce predicat. Essent autem contradicentia, si vel vtrūq; absolute, vel vtrūque sub vnâ eademq; limitatione acciperetur.

Declaratum hoc erat Adversarijs per similitudinem
de animato corpore. Ostenſum, tam non poni Chriſti
Carnem extra vnionem cum λόγῳ, ſi in ſuis, quibus à
λόγῳ Deitate differt, naturalibus ſpectetur, quàm nec
animatum Corpus extra vnionem cum anima colloce-
tur, aut ſtatuatur ab ea ſeparatum, ſi pondus ſeu gra-
nitas illi tribuatur non reſpectu animæ (ſicut alias vi-
ta, ſenſus, & motus ei reſpectu animæ tribuitur)
ſed reſpectu ſuiſpius, vtpote quam proprietatem reti-
net, etiam recedente anima, videlicet ex ſua quadam
naturali proprietate, quatenus corpus eſt.

Hic verò Grab vſitato ſibi artificio vſus, ad conſen- Pag. 183.
taneam ſimili prolato non reſpondet, ſed diſſentanea
arripit ac ſcribit: Dictum hic oportuit, Humanum cor-

, pus non propterea geminum effici, nec extra vnionem
 , anime pani, quamuis dicatur ratione sua essentie gra-
 , ue, magnum, visibile, &c. & non quatenus in. ra natu-
 , ture sue proprietatem spectatur, sed ratione vnionis
 , personalis idem esse inuisibile, intelligens & foris (adij-
 , cit per sarcasmū) geometria etiam imbutum. Hac ille.

Quatenus Nos autem modò sufficienter exposuimus, similitu-
 similitudo dinem hactenus congruere, vt quemadmodum corpus
 nostra con animatum non ponitur extra coniunctionem cum ani-
 gruat. ma, etiamsi in suis consideretur proprietatibus, quas per
 se etiam sine intuitu anime habet, tanquam distinctum
 quid ab illa: ita nec poni extra λόγον carnem Christi,
 etiamsi locatio physica, qua diebus exinanitionis vsus
 est, & adhuc Luthero teste per dispensationem arbitra-
 riam vti potest, cum vult, non tribuatur ei propter vnio-
 nem personalem, ex qua gloriosa accipit, non humilia:
 sed propter distinctam conditionem, qua à λόγῳ discer-
 nitur quidem, sed ab eodem non disiungitur aut separa-
 tur. Atque sic respectu materia hoc in loco controuersa
 cōgruit similitudo. Nec respondet quicq̃ Grab. sed sophi-
 starum more aliò se proripit, & quasi re feliciter gesta
 triumphat stolidè, citra tamen Senatusconsultum, ac
 ne mutus videatur, conuitia in me projicit, & in hanc
 vocem, suo ore, fronte, & animo longè dignissimam e-
Mansuetu rumpens sic blasphemat: O dignissimi odio prosofopo-
 do Grabij. phista, ET EXECRANDI AB OMNIBVS HO-
 , MINIBVS, dolosi mendaciorum architecti, captan-
 , tes flexiloquas ambages, MALE PEREATIS.

Hoc enim est artificium magistelli nostri, ut quando minus aliquid confutare potest, tanto maiore ferocia in blasphemias & conuiticia erumpat, ut Lectori fucum faciat, per quam egregie responsum esse, & hos, qui contradicant, execrandos esse, & per Grabianum fulmen Papale (male pereatis) è rebus humanis exterminandos. Nec dubito quin spiritus, ille tenebrarum, quo Grab vnâ cum suo Peltio totus regitur & rapitur, se ipsa hoc tentaret: si sat illi esset virium. Resellat autem Grab consentanea in allata similitudine, & diuersitatem doceat adductis rationibus. Ostendi supra, non tolli similia, si dissentanea tantum proferantur, & consentanea non argumentis euertantur, sed allatrentur duntaxat conuijs. Cur enim affirmare non liceat de corpore animato, quod visibile sit per se, & inuisibile propter vnionem anime, paulo antè luculenter indicaui. Et exposita vicissim causa est, cur vtrung, de Christo (locale & illo-cale) sine contradictione predicari possit, quod & possit esse physica locatione in loco, quoties & quandocunque vult, & perpetuo iam inde ab vnione sit in λόγος, supra & extra loca, locis omnibus altior, nimirum TRANSCENDENS facta, ut omnium creaturarum, ita quoque omnium locorum. Quam maiestatem in omnipresentia solio à dextris Dei plene vsurpat, exaltatus iam etiam ratione plenarj vsus sua Maiestatis, super omnia loca, que non solum in hoc, verum etiam in futuro seculo (si qua ibi essent) nominari possunt.

Frigidum id cauillum, quod subinde ingeminat

Z

Grab's

Grab: Christi Humanitas non est Deus. Ergò non compe-
rit ei vllò reali modo omnipresentia Maiestas. *suprà pag.*
105. & sequentibus est confutatum.

Quoniam etiam obiectum fuit Aduersarijs, quòd
λόγος extra carnem constituant in infinitis locis, adeo-
que in omnibus, quibus ipsa non adest naturaliter: atq;
hoc ipso naturas indistincte vnitas per Ἀφ' ὧν lo-
corū distrabant, vnionemq; Personalem soluant, quippe
qua non definiatur ab Apostolo existentia Verbi extra
Carnem, sed tantum in habitatione plenitudinis Dei-
tatis Verbi IN Carne: Grab diluere id tentauit, sed in
medio conatu defecerunt eum vires. Ideoq; dum laboras
hunc nodum dissoluere, laqueum sibi contradictionis
parauit, quo se totum constringeret.

Pag. 168. Et principio quidem sic crocit at: quòd libris ortho-
do-
xorum (Zuinghianos suos intelligit) scribatur, λόγος
extra suam Carnem esse in terris, diceret, opinamur, si
qui essent. Sed profecto nihil opus est nominare alios,
quibus vsitatissimum est hoc affirmatum minime Theo-
logicum, vt ex colloquio Mulbronensi, & Catechismo
Heidelbergensi patet. Grab ipse versa pagina hoc perspi-

Pag. 169. cùe affirmat, neq; id per additam limitationem à Nesto-
Tota PER- rianismi crimine saluari posse, ad oculum illi demon-
S O N A strabo. Sic enim scribit: Et si tota PERSONA Verbi est
Verbi, iux- extra Naturam assumptam: tamen eadem est etiam in
ta Grabii, Carne, non autem saltem, vt in Petro, verum vt Caro &
est extra λόγος sit vnum ὁφείλει μὲν.
Carnem.

Hic

Hic notet Lector diligenter, quod totam PERSONAM Verbi collocat GRAB EXTRA Naturam assumptam. Quo ipso verè vinculum hypostatica vnionis rumpitur. Limitatione verò sua nihil cōsequitur aliud, quàm vt propria vineta cedat. Ita enim totam Personam Verbi GRAB in meatu est naturaliter: vt in vniuersis ceteris innumerabilibus locis, quibus non adest per naturam conditionem CARNE, PERSONA ipsa Verbi non IN Carne, sed tantum extra Carnem subsistat. Si verò ihs in locis PERSONA Verbi constituitur extra Carnem: soluta iam est vnio: quæ est & dicitur vnio tantum propter INHABITATIONEM omnis plenitudinis Deitatis IN Carne, iuxta Pauli definitionem, Col. 2. Quam inhabitationem Bremenses ad solum illum locum restringunt. aut persuadeant prius Lectori, existentiam Verbi extra Carnem, idem esse, quod intimam illam plenitudinis Deitatis habitationem in Carne, in qua sola Diuus Paulus vnionem Personalem sitam esse docet. Est igitur Protestatio factò plane contraria, quod dum extra Carnem esse Personam λόγος totam statuit Magistellus, Personalitèr habitare eandem totā sic vult videri credere in Carne esse, vt sit cum Carne vnum ὁφισαμνον: diuersum re in Carne nunc docuimus, vbi cūq; sit extra Humanitatē PERSONA Verbi, quod ibidem neg, λόγος in natura Humana personaliter inhabitet, neg, hæc in λόγῳ personaliter subsistat, sed vtrumq; extra vtrumq; collocetur. Et hoc scilicet est Bremensibus, esse vnum ὁφισαμνον.

Delirium hoc de existentia totius PERSONAE Verbi EXTRA Carnem stabiliri ab Autore Epistola ad Hebraeos dicente (si esset in terra , ne Sacerdos quidem esset) constabiliri , tum nobis probauerint Bre- menses , quando persuaaserint prius Apostolum illum sibi ipsi esse contrarium. Nam cum Christus in terra esset , in terra versaretur , in terra magnum illud officium sacer- dotale in cruce expleret , in terra seipsum Deo Patri in Notabene. odorem bonae fragrantiae offerret : hic ipse Autor Epistola ad Hebraeos, Sacerdotem tum illum verè fuisse, & sacer- dotalia munera præstuisse, per aliquot capita liquidissi- mè testatur. Impossibile igitur est, hæc verba (si esset in terra, ne Sacerdos quidem esset) de omnimoda absentia intelligere , quasi non possit Christus esse Sacerdos , nisi Carne sua prorsus à terris absit : nisi quis Apostolum ad- uersa fronte sibi repugnare statuatur. Discerni autem eo in loco terrenos Sacerdotes , qui terrenas tractando vi- ctimas exemplari & umbra deserviebant à Christo cœ- lestium bonorum dispensatore, hoc sensu : quod Christus non esset sacerdos ille magnus, si more aliorum sacerdo- tum in terra circa terrenas victimas esset occupatus : id supra non tantum dictum , sed etiam firmissimè com- probatum est : quod Lectorem breuitatis causa remitto.

Augustinus Si Augustinus scribit : Filium Dei in corpore suo esse non patre- totum , & extra Corporis sui templum vbique , fuisse to- cinatur tum : cur non librum annotat , in quo hæc verba extent : Gratio. Quod si ita habet , ex collatione testimoniorum ipsius evidens est , ad Carnem illum respicere , quatenus locali circum-

circumscriptione erat in loco, & hoc velle, non esse Filium Dei intra eum locum, vbi naturaliter Humanitas versetur, ita conclusum, quin ceteris in mundo creaturis etiam adsit. Quod autem RATIONE PERSONALITATIS, vt loquuntur, sit vllibi λόγος & extra suam carnem, ab eadem per quandam ἀφ' ἑαυτοῦ absens, vt crassissimo errore contendunt Zuingliani, id ex Augustino Grab nunquam probauerit.

Libenter etiam fatemur, Diuum Athanasium scribere, Verbum Patris esse extra omnia, & extra essentias rerum versari. Per illa omnia verò omnes intelligit creaturas, è quarum communi sorte Naturam Humanam sic vult exemptam, vt in Oratione secunda & quarta λόγος extra Carnem non esse perspicue tradat. Extra Carnem igitur (ratione Personalis subsistentiæ) est nullibi λόγος, quin ἀφ' ἑαυτοῦ intimeq; sibi presentissimam citra locorum considerationem habeat: et si interim, quando Humana Natura physica locatione est alibi, non sit ita localiter ibi circumscriptus λόγος locatione physica, vt Humana Natura localiter circumscripta est.

Argumentum Anhaltinorum libenter, si posset, tueretur, quo Christi presentiam expugnare frustra labora- modi p̄sentiauerunt, ex schola non Spiritus sancti, sed humana rationis pronunciantes quidem, sed non probantes, quòd uersas rei impossibile sit, vt plures alibi existendi modi non subingnāt essentias. Refutauit ego id per in-

Z 3

stantiam

stantiam cœna Dominica. Similiter, quod negari non potest, Filium Dei in Patre esse modo reuera distincto ab eo, quo in carne habitat: rursus alio præsentiæ modo esse in creaturis cæteris: qui tamen in pluris essentias neutiquam distrabitur. Contra hac quid proferi Grab? Nihil, quod ad instantiæ meæ nervos incidendos vim habeat vllam. Ait, argumentum (Anhaltinorum) de modo subsistendi in Deo, qui sunt ὁμοῖοι ὑπὸ ῥῥεως, & de gradibus præsentiæ diuinæ in creaturis, &c. non agere. Respondeo: Scio illorum argumentum de his quidem nihil agere. Scio autem vicissim, id per allatam hanc ἐνστάσιν euerti & comminui. Nam si particulariter tantum est verum illud axioma: nihil concludit.

Grabij >> Sin Grab id vniuersaliter verum esse velit, vt, cuiusque axioma >> Nature realiter diuersæ species παρῥοίας tribuitur,

pag. 182. >> eidem diuersas essentias oporteat tribui: actum iam est >> de vnitæte essentiæ Filij Dei. Vt enim non dicam de

τῷ ὁμοῖο, illo ὑπὸ ῥῥεως, quo in Deitate subsistit: sed de præsentiæ ipsius tantum in rebus creatis: aut necesse est concedat παρῥοίας, qua Dei filius omni plenitudine suæ Deitatis in carne σαρκατικῶς habitat, esse non modo specie diuersam, sed toto planè genere differentem ab ea, qua creaturis adest: ac nihilominus vnam manere Filij Dei essentiam, nec multiplicari: atque sic in puluerem redigitur Axioma Grabij: Aut si illam præsentiæ, qua Carni assumpta per ἐνστάσιν vnitatem præstō est, pugnet Grab, non esse specie diuersam

ab

ab ea, qua præsens est ceteris siue hominibus, siue creaturis alijs: quidni iam Christus, quâ Homo, ad ignobilem sortem & conditionem ceterorum hominum, imò & brutorum, & inanimatarum creaturarum detruditur: vt videlicet præsentiâ non alia seu specie diuersa, sit in sua Carne λόϛ, quàm qua ceteris omnibus creaturis adest. Irresutabilis perstat hæc solutio aduersus omnes sophisticaciones, quas vel ipse pater Sophistarum omnium Diabolus excogitare queat. Et quidem vim eius et si sentiat Grab: pro sua tamen stupenda audacia non veretur gloriari, suum illud & sociorum Anhaltinorum argumentum perflare firmum & immotum. Quod tamen vi dat instantiæ & solutionis in nihilum disparuisse, nisi planè læcus est, videt perspicuè, & euidentius, quàm velit, intelligit. Ex abundanti autem respondemus amplius: si maximè hæc de Filio Dei instantia, qua sum vsus ad eneruandum argumentum Anhaltinorum, fuisset à Grabio expugnata, quam tamen ne mouere quidem potuit, tamen quia hucusq; per inuictas demonstrationes obtinui, Christo vt Homini præter localem illam naturalemq; præsentiâ (in qua cardo Pezelianæ Grabianæq; sapientiæ voluitur) ex vniõne & seßione ad dextram virtutis παρϛοιαν verè aliam (quàm Philosophia nescit) personali communicatione collatam esse: Anhaltini & Bremenses suis hisceratiunculis tam nihil aduersus hanc orthodoxam doctrinam efficerent, quàm si culmine stramineo, fragiliq; arundine solidam oppugnarent rupem.

Pag. 182.

Aequiuocum porro est, quod adjicit; Me falsè Humanitati Christi illam speciem, quæ solius Dei sit (iuxta illud; Nōne ego cælum & terram impleo, dicit Iehoua) etiam asserere. Nam si intelligat de omnipresẽtia, cuius λόγ & Humanitatem tam verè facit participem, vt affirmare non dubitet scriptura, ascendisse Christum longè supra omnes cælos, vt omnia impleat: habet consistentem reum, & libenter ex ore Apostoli hoc consistentem. Ex animo enim sentio, credo & assero Domino Iesu Christo meo hanc gloriam, quam Grab & Pezelius Dianam magnam, idolum, Chimeram, per blasphemiam non calamo, sed infernalis gehennæ sempiterno incendio, si non resipiscant, refutandam, impiè vocitant. Sin verò mihi impingit, quod hanc omnipresẽtie laudem Christi Humanitati per quandam Essentia: infinitatem tribuam, aut per localem diffusionem, vel expansionem & extensionem: confutat a hucusq; satis superq; est eius prodigiosi commenti vanitas, quod non ex nostra doctrina ortum, sed in Aduersariorum cerebro conceptum & natum est.

Quæ amplius circa hæc quæstiones nugatur, vt quodd personale illud subsistere perpetuò contendit, nihil aliud esse ipsa, quàm carnis Christi locationem physicam, & quodd Coccysmum suum subinde ingeminat: Humanitas Christi non est Deus: Ergò nulla ratione competit ei hæc, quam propugnauimus, presẽtia: horum confutationem ex precedentibus require. Quemadmodum etiam id presidium iam ante dirutum est: Si ex vnione adipisca-

adipiscatur Christus, quā Homo, praesentia modum illo-
calem, tum vicissim λόγου Deitatem vi eiusdem vnio-
nis fieri localem. Nam in primi capitis explicatione au-
diuimus, Naturam humanam non assumpsisse λόγον,
sed λόγον Naturam humanam. Itaque per vnionem *Vide supra*
non demersam esse Deitatem Verbi è suo illocali statu in *pag. 185.*
localitatem: sed e contra Humanitatem è terreno sta- *et 186.*
tu (citra essentiae mutationem) verè translata in il-
localem Filij Dei Personam, & I N D E V M assum-
ptam esse, vt Athanasius in Symbolo suo nobis con-
firmat.

Refutatam etiam est argumentum, quod à tempo. *Vide supra*
ris instantia sumunt Bremenses: & oculari demonstra- *pag. 189. et*
tione comprobatum, non tolli supputationem annorum *sequētibz.*
Christi. Et est crassum spissumq; figmentum, quod Gra-
bio non veritatis spiritus, sed mendacij pater suggerit,
cū de me scribit: Non enim, ne nunc quidem, dicit in- *Grab p. 185.*
carnationem λόγος, vel personalem vnionem duarum c.
Naturarum factam esse in tempore, &c. neque addit c.
in ipsa vnitate Persona carnem assumptam subsistere c.
cœpisse in tempore. Et mox subdit: verum qui Humani- c.
tatem aliàs realiter aeternam esse negat, nunquid nunc c.
ab illa vera sententia discedit? Hic ego te, Lector can-
dide, siue harum, siue illarum in hoc certamine sis par-
tium, per Dei misericordiam rogatum velim, vt mihi
hac Grabiana refellenti parumper attendas. Fingit me
discedere à sententia vera, quā aliàs rectè scribam, Hu-
manitatem non esse aeternam. Certum est, Grabium de
Z s aeterni-

eternitate, qua negatione temporalis principij defini-
 tur, hic differere. Ideo enim me accusat, quod a vera sen-
 tentia discedam: ideoq; etiam ait, me ne nunc quidem
 dicere, incarnationem factam in tempore, aut carnem
 assumptam subsistere cœpisse in tempore. Quis verò hic
 non manibus palpet, istum hominem se mendacijs &
 impudentia consecrassse totum, propriaq; conscientia
 sua vim inferre manifestam? Quam enim, obsecro, vel
 leuissimā habet causam suspicandi de me crassissimam
 istam heresin, quod ab aeterno sit Christi Humanitas,
 qualem ne de insensissimis Christiana Religionis hosti-
 bus facile suspicari liceat? Tam nouit Grab, ὁ ὅτι οὐ
 ΧΡΙΣΤΟΣ, se hac scientem volentem sine omni metu
 Diuini numinis fingere, quā suos nouit digitos. Ne li-
 teram quidem proferre potest, quā vel suspicionis scru-
 pulum ei inijcere potuerit, tale quid de me cogitandi,
 nedum coram augusto orbe Christiano me per testimo-
 nium notoriè falsum impudentissima manu calamoq;
 traducendi. Nam quod abiurato Dei timore scribit, me
 ne nunc quidem dicere, Incarnationem λόγῳ, vel Per-
 sonalem vnionem duarum Naturarum factam esse in
 tempore: diuersum legit & vidit in his ipsis verbis, quæ
 confutare nititur. Dico enim ibi apertè: Incarnationem
 seu Personalem Vnionem IN TEMPORE factam
 esse, ET NON AB AETERNO. Quemadmodum
 aeternum quoq; (nempe Humanam Christi naturam, in
 tempore subsistere cœpisse in Persona λόγῳ, & non ab
 eterno) multoties in meis libellis est obuium. Quid,
 quod

quoddam testimonium mihi dare cogitur, me alias hoc palam asseuerare, non esse ab eterno naturam Christi Humanam? Et pagina sequente statim scribit: Priore qua- NOTA.
 stione concessit (Huius) Incarnationem seu Personalem pag. 186.
 unionem IN TEMPORE esse factam. Hoc cum ibi
 luculentissime fateatur: quis non fatalem stuporem &
 vertiginis spiritum in eo miretur, quod precedente pa-
 gina contrarium plane de me fingit, & scribit, me ne
 nunc quidem id dicere aut concedere? Quo peiore hor-
 rendam haeresin, quasi Humanitatem Christi credam
 ab eterno fuisse, nequiter mihi impingit, à qua ipse me
 Sole clarius purgat? nunc affirmans, nunc negans, & prius
 insatiabili odio, quo in me furit & aestuat, transuersum os in edacij
 abripi sinens, ut proprium suum os & linguam puden-
 de vanitatis & inconstantiae coarguat.

Eiusdem generis est, quod scribit, cur non dicam Græcè
 λόγον incarnatum in utero virginis, ut constet me sen-
 tire, virginem illam esse Dei matrem? Quasi verò ullam
 habeat causam de mea sententia hac in parte dubitan-
 di, aut quasi non multoties suis oculis hoc legerit in meis
 libellis? Et qui incarnationem dicit factam in utero vir-
 ginis, sicut me videt facere: nonne λόγον incarnatum
 in utero diserte & ingenuè profitetur? Quandoqui dem
 de nulla unquam incarnatione, quam sola æterni λόγος
 incarnatione, me legere vel audire memini. Quamobrem
 si queratur, ubi sit facta incarnatio: Rectè respon-
 detur, in utero virginis. Si autem de ASSUMPTIO-
 natio.

NIS TERMINO queratur, quò vel quorsum sit as-
 sumpta

sumpta in ea incarnatione Humanitas: respondendum nobis est, assumptam illam quidem esse in vtero materno, sed non in vterum, assumptam in loco, sed non in locum, siue hunc siue alium quemlibet: alias ei perpetuò

Quod perue- affixa maneret Humanitas Christi. Quis ergo est assum-
nerit Chri- ptionis illius terminus, in quem peruenit caro humana
sti Caro in Domini in ea incarnatione? Non ullus alius, quam sola
Incarna- diuinissima Persona seu *ὑπόστασις*, quam λόγος
sione. vnigenitus Dei filius à Patris & Spiritus sancti Personis
distinctam, sibiq; propriam & singularem obtinet. Ed
assumpta est in vnione Natura Humanitatis Christi:
ibi etiam habet suum PERSONALE subsistere, gra-
tia cuius eminet suprà loca vniuersa, cunctasq; aded
creaturas, cuiuscunque sint conditionis aut sublimi-
tatis.

Grab pag. His nostris haudquaquam contradicit Fulgentius,
187. „ quando scribit: Id quod diuinum est, habet Homo, in
veritate diuina Natura. Quibus Fulgentij verbis Grab
Nestorianam suam affingit glossam, vt diuina luce ra-
diantem Fulgentium in tetram erroris sui caliginem
Glossa Gra abripiat. Ideo de suo sic addit: Homo, inquit Fulgen-
biana. „ tius, non humanitas. Nimirum ex suo ingenio aestimans
Fulgentium, quasi Christum hominem Caluiniano
more sic sentiat habere diuina, vt à diuinorum confor-
tio seu communicatione reali Humanitatē eius (à qua
denominatur Homo) prorsus exclusam velit. Verum vt
Hominis voculam sic acciperet Fulgentius, in mentem
ei non venit. Qui se ab vnanimi doctrina orthodoxæ Ec-
clesiæ

clesia separatam noluit: quam non ignorauit sentire, quod humana Christi caro siue Natura in conditionem assumens eam, per gratiam translata sit: quod ultra Naturam suam subleuata diuina Maiestatis dignitatibus niteat: quod λόγος per unitatem dispensationem propriae carni tribuat glorie suae & diuinae Maiestatis claritudinem: quod communes faciat, tanquam cum sua carne Diuina suae Maiestatis operationem, ut possit etiam uiuificare mortuos, sanare infirmos: quod transformet eam in suam gloriam & operationem: quod Maiestate Deitatis glorificata sit: in Diuinitatis Maiestatem citra sui abolitionem transierit: quod Christus etiam secundum Humanitatem rerum omnium potestatem acceperit. Et innumera alia, quae sancti Patres pleno ore calamoque de vnica Verbo & in Dei solium euentu Humanitate Christi profitentur.

Porro quando modum omnipraesentiae Christi hominis describimus, dicendo: non per infinitatem essentiae esse omnipraesentem, sed quatenus à finita manente Humanitate λόγος nusquam absit, nusquam distet: Grab ad hoc conterendum, tale nobis sophisma ex sua sapientia adytis profert: Canit, inquiens, eandem cantilenam, quasi infinita non sit propter modum. An verò modus, quo Filius Dei habet omnipotentiam ab aeterno Patre, facit, quò minus potentia Filij sit infinita? Itaque, donec realiter omnipraesentem esse Carnem Christi pugnat, eam infinitam quoque esse contendit.

Hoc putidissimum cauillum, offensa ratione disparitatis.

Grabp. 136.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

ritatis, sic refellimus. Est & omnipotentia, quam Filius in
 Deitate à Patre habet, infinita. Et omnipresentia,
 quam Humanitas Immanuelis in vnione percipit, iti-
 dem infinita, quia Dei Verbi naturaliter propria. Quod
 autem Filius ipse quoque non minus, quam sua hac omni-
 potentia, καὶ ὁμοῦς infinitus est: id inde fit, quia
 communicationis modus est essentialis, & est ipsa illa
 sua omnipotentia cura distinctionem vllam. Econtra
 quiddam Natura Humana finita permanet, neque in hac
 omnipresentia sua Maiestate per essentiam infinita
 redditur: causa est, quia modus, quo contigit illi hac
 Maiestas, non est essentialis modus, qualis inter Deitatis
 Personas existit: sed Personalis est modus, qui & Natu-
 ras relinquit inconfusas, & nihilominus in segregabili
 atque indistincte vnione illas deuincit. Ita omnipresentia
 Christi Hominis, non ex infinitate Naturae vel oritur,
 vel describitur: sed ex inseparabili Naturarum vnione,
 & illo locali sessione in infinitae Maiestatis Diuinae solio.
 Quam sessionem eo consilio factam memorat scriptura,
 vt (plena vsurpationis respectu) impleat omnia, &
 ambulet in medio candelabrorum suorum siue Eccle-
 siarum, etiam quia Filius Hominis est, Apocal. 1. & 2. &
 compleat promissionem suam: Ego sum vobiscum usque
 ad consummationem seculi. Non ὅτι extra Car-
 nem Persona sua existens, & in vno tantum loco in ea
 habitans: sicut nugantur Bremenses: sed ego Christus,
 ὁὗτος incarnatus, IN Carne Personaliter tantum
 habitans, & nusquam extra eam existens.

Quod minus corpus Christi in dextra Dei personaliter Grab pag.
 præsens vel multiplicetur, vel expandatur, vel exuatur 187.
 suis essentialibus idiomatib, sicut Cacodoxi, quos Ortho-
 doxos salutat Grab, mala consequentia, peiore conscien-
 tia, pessimag, fide arguantur: vel eruditissimus ille Sta-
 pulensis Grabium, nisi cor suum indurare mallet, edoce-
 re poterat. Cuius viri verba licet supra quoque posita,
 non pigebit me in gratiam Grabij repetere: si forti è vel
 tandem à localitate sua mentem paulò altius disceret
 attollere. Sic autem in prioris Epistola Pauline caput
 duodecimum commentatur Stapulensis: Corpus Chri-
 sti cælum implet & terram. Est enim vbicunque Ver-
 bum est. Nam Verbum caro factum est. Quare Verbum rinth 12.
 nusquam est sine carne, neq, caro illa sine Verbo. Vide-
 te ne corporalis imaginatio vos ludat, loca multiplicās, Attende
 spatia distendens. Neque hic locorum multiplicatio, Grab, quo-
 neque spatiorum distensio intelligitur, sed plenitudo si-
 ne loco, supra locum omnem, infra locum omnem, extra
 & intra locum omnem, sine spatio, supra & infra omne
 spatium. Et corpus Christus superspirituale illo modo,
 qui sine modo est, nulli comparabile, nulli proportiona-
 bile: sed corporali modo, quo in terra visus est, & com-
 parabile & proportionabile est. Hoc ex assumpra infir-
 mitate, & modum & comparisonem, & proportio-
 nem admittens: illud autem ex assumente Natura, mo-
 dum, comparisonem, omnemq, proportionem diffu-
 giens. Id ratio imaginatione iusta non attingit, neque
 rationaliter in se ipsa manens: Verum absurda vir ag,
 loquitur

Sola loca loquitur & effingit. Sed extra se euadens supernaturaliter gignit rationaliter superiore mente infusa virtute, ubi neque loca, figmentum neque spatia, neque numerus, neque multitudo, neque multiplicata tempus cogitantur: verè sentit & loquitur. Hactenus trion & Stapulensis.

expansionis. Cum his exactè & ad amussim consentit Theophylactus 187. lactus, quem stultè pro se citat Grab. Is manentibus proprietatibus (quod nemo negat) tantam factam scribit unitatem vtriusque substantiae, ut ab illo tempore, quo in beata virginis utero Verbum caro factum est, nec Deum illum sine eo, quod Homo est, nec hominè sine hoc liceat cogitare, quod Deus est. Vos autem Bremenses Deum cogitatis in terris adesse, SINE, imò EXTRA id, quod Homo est, atque sic unitatem illam vtriusque substantiae, quam Theophylactus predicat, rumpitis. Unitatem quippe hanc Paulus in INHABITATIONE

λόγῳ IN carne, non autem in existentia totius Personae Verbi EXTRA carnem sitam docet. Quàm bellè igitur vobis cum Theophylacto Pauli discipulo convenit?

*Contra id, quod scripsi, non sequi: si Natura Christi humana vnà cum assumente λόγῳ omnipræsens statuatur, ut propterea locus quoque, eaq; omnia, quæ cor-
 pus ipsius ambiunt, sint vbique: obtendit Grab: Imò
 Pag. 188. supra aiebat omnes creaturas esse carni Christi præsentissimas. Ergò etiam locum complexus est. Hoc verè est præcordis amentia nescire, quid dicas aut scribas, aut præ malitia studiosè aliorum dicta pervertere. Nunquam ego dixi aut scripsi, creaturas esse Christi carni sic præsentis;*

presentes, vt vbiunque sit tandem caro Christi, ibidem etiam sint omnes creaturae. Sed ita omnes creaturas Christi Humanitati praesentissimas dixi, vt nulla sit, quae praesentiam & operationem eius possit effugere. Nonne Deo ipsi omnes creaturae sunt praesentissimae? Ergone hinc quoque creaturarum quaedam omnipraesentia fuerit colligenda? Aut hic Grab prodigiosam inscitiam, aut profligatam malitiam fateatur necesse est: qui in re tam aperta ludos sophisticos agere non veretur.

Ex Vigilio non euincet Grab, quod is $\Delta\lambda\gamma\tau\alpha\sigma\iota\nu$ Grab 190. seu distantiam inter naturas, vel existentiam totius Personae $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ extra carnem in omnibus alijs innumerabilibus locis, praeter solum eum, vbi naturaliter versetur Humanitas, statuerit. Quem contra Eutychianos pugnantem, hoc tantum voluisse certum est, quod non sit in infinitam Deitatem absorpta Christi Caro, vt illi heretici pugnabant.

Quemadmodum nec Augustinus ad Dardanum, quem Pag. 164. supra allegauit, pro Grabij opinione facit quicquam. Qui tantum innuit, non necesse esse, vt quod in Deo est, sit vbiq, VT Deus, id est, proprietate Naturae & per Essentiae infinitate, sicut Deus per essentiae infinitate vbiq, est.

Dissoluta quoq, in praecedentibus sunt ea, quae pergit effutire, vt tueatur Argumentum Cinglicum: Aut sine quantitate adest, aut secundum motum suae quantitatis. Verum nihil suppetit ei solidi, quo meam protelet Responsonem, ductam ab instantia Coena Dominica (de qua quid sentiant Bremenses, post monebo) ductam

Aa

item

item ab vnionis instantia. Nisi quod crassam suam Matheologiam Lectori inculcās Grab subinde crocitāt: Carnem Christi localem esse etiam in ipsa Persona Verbi subsistentem, id est, prater localem presentia modum non habere vllum alium reuera diuersum, nimirum personale illud subsistere Humanitatis in λόγῳ Physica locatione definiens. Nos contrā credimus & profite-mur, Humanitatem Saluatoris non sine quantitate sua subsistere in λόγῳ, etiamsi non secundum istum natu- ralem quantitatis modum in loco sit, sed alio transna- turali & transcœlesti modo, qui ex vnionē oritur: quam omnia Physicorum principia & pronunciata transcen- dere & esse mysterium à seculis in Deo absconditum, ex diuinis literis nouimus. Qua de re vide praece- dentia.

De repletiuo modo prius respondi, quomodo repletiua illa presentia Dei Verbi non competat Humanitati per Essentia infinitatem: per vnionis arcanum autem ei sic communicetur, vt finita manens Humanitas omnipre- sentiam λόγῳ, in Persona Verbi dextraq; Dei, reali κοινωνίᾳ participet, omniaq; impleat. Quem modum si impletium ex Pauli verbis, sub sensu iam indicato, dixeris, nihil à veritate aberraueris.

Grab rur-
sum sibi cō-
tradicit.
Pag. 192.

Rursum autem sibi laqueum αἰτιφάσεως parat. Cum enim prius asseruerit, hac duo, nimirum Carnem in loco esse, & SVBSISTERE in Persona λόγῳ sola ra- tione differre: Nunc sui oblitus ait, Vnionem non fa- ctam modo LOCALI, sed hypostatice. Hinc ergo sic
αἰτῶν

arguemur: Si Caro hypostaticè vnita est τῷ λόγῳ
 & non LOCALI modo: sequitur, non solaratione, sed
 re ipsa differre duo hac: In loco esse, & in Persona λόγου
 subsistere. Sed prius illud fatetur iam Grab, nempe Car-
 nem nō locali modo, sed hypostaticè vnitam Verbo. Ergò
 ex propria Grabij confessione falsum & hereticum sit
 oportet, quod dixit supra: Carnem Christi in loco esse,
 & in Persona λόγου SVBSISTERE (id quod Per-
 sonalem eius cum λόγῳ vnionem declarat) sola differ-
 re ratione. Quæ duo si re ipsa differre serio fatetur, haud
 inuitus largietur, illud subsistere in Persona λόγου, non
 esse locale. Si non locale, Ergò illocale: & proinde locali-
 ter poterit Caro esse in loco, illocaliter subsistere in Per-
 sona Verbi, & hoc quidem respectu extra & supra om-
 nem locum. Sin verò hoc negare perseverarit: certum
 est, illum cacitate & stupore mentis sic percussus, vt
 quid dicat, nesciat, sed nutet velut ebrius, & palpet, vt
 cacus in meridie. Sicut certè mox ad ingenium redit,
 dum versa pagina cramben suam recoctam lectoribus Pag. 193.
 apponit, reprehendens me hoc nomine, quod negem car-
 nem in Deo Verbo LOCALITER subsistere. Itaque
 sibi non vno modo, vt probaui, contradicit, & nihilomi-
 nus suam vnionem, quā fingit Humanitatem LOCA- Vnio, quā
 LITER subsistere in Deo Verbo, scribit factam modo Bremenses
 mirando, vocat ineffabilem, cum sit pulchrè effa- statuunt,
 bilis, & nil nisi crassissimum commentum, quo pulchrè ef-
 per locationem Physicam assumpta Caro in DEO fabilis.

Aa 2 Verbo

Verbo subsistere insulsiſſimè, addo etiam impiſſimè fingitur. Aduerſus quod rationis Humane ſigmentum, conſiſtit immotum id, quod ego propoſueram quaſtione, quam vltimā ſibi refutandā ſumpſit, quod videlicet, et ſi caro ipſa Chriſti, corpus ipſum Chriſti, &c. ſit τὸ λόγῳ vnitū non tamē modus ſubſiſtēdi in λόγῳ, vel carnalis, vel corporeus, vel naturalis ſit, ſed ſupernaturalis: Proinde etiā præſentia hinc orta non ſit carnalis aut naturalis, ſed diuina planē, effugiēs πᾶν νόμον hominum, ſolūq; fidei in pateſacto Dei verbo comprehenſibilis.

Quæ amplius ibi ſequuntur, conſutantur quæq; ſuo loco in hoc ſcripto. Vnum ſuper eſt, quod loco alio, nempe pagina 45. ponit Grab hiſce verbis: Anima & Corpus omnipreſens ſeiungi, vt in morte Chriſti verè factum eſt, non potuiſſent. Reſpondemus autem, animam & corpus Chriſti naturaliter & loci ratione verè fuiſſe ſeparata in morte, & verè ruptam vnionem eam, quæ naturalis inter animam & corpus interueniebat: ſalua interim ac inuiolata permanente vnione hypſtatica, qua corpus ſimul & anima erant ac permanebant τὸ λόγῳ ſeu Filio Dei ἀλλ' ὅτι τὸς vnita, intimeq; præſentiſſima, & extra conſiderationem horum duorum locorum (in quorum altero erat corpus localiter, altero autē anima definitiue) adeoq; ſupra locorum omnium conditionem in Deo Verbo ne in morte quidem Chriſti Perſonaliter ſubſiſtere ceſſabant.

Grab 191.

De hiſ qua de Cœna Domini admiſcet, cum nullius ſint

sint ponderis, breuiter respondeo: Impudenter facere
 Bremenses, quod in eo Articulo Diui Lutheri consensum
 iactitant. Quem sciunt substantialem corporis & san-
 guinis Christi in Cœna hisce in terris celebrata incredi-
 bili cum zelo aduersus illius hostes & abnegatores de-
 fendisse publicè, idq; sine vlla prorsus sua iam inde à mo-
 ro certamine Sacramentario sententia retractatione.
 Quod non modo libri de hoc negotio ex professò scripti, Lutherus à
 contra cœlestes Prophetas, *Dei tē pntē* verborum moto cer-
 Cœna, & Confessio ipsius maior: sed & cygnea cantio tamine vō
 & concio ipsius, minor Confessio, locupletissimè testa- mutauit
 tur. Docent id quoq; Theses, quas Anno 45. paulo ante sententia
 obitum suum opposuit Articulis Louaniensium: vbi de Cœna.
 Thesi 27. sic statuit: De Zuinglianis, cunctiq; Sacra-
 mentarijs, negantibus Corpus & sanguinem Christi in
 venerabili Sacramento corporali ore sumi, serio cense-
 mus, esse illos HAERETICOS, & abscissa membra ab
 Ecclesia Dei. Et ne vel latum vnguem de hac sua perpe-
 tua sententia cessisse crederetur, concionibus, quas no-
 uissimas habuit, toti mundo testatū facere voluit, quod
 in illius constanti professione ex hac vita emigrare fir-
 miter constituerit. Præcipuè verò in concione, quā Vui-
 teberge omnium vltimam habuit, quàm grauis est con-
 tra Sacramentarios Zuinglianos? quàm velut è sublimi
 tonat aduersus illos? Necnon in duabus postremis Isteij
 habitis. Quin cum iam in extremis esset, rogatus à cir-
 cumstantibus, an in ea, quam mundo proposuisset, do-
 ctrina, vellet ex hoc seculo emigrare: id ipsum sonora

voce, quæ ab omnibus tum presentibus facile percipetur, constanter est professus: Sicut hic nouissimus actus vite ipsius fide bona descriptus extat Tomo operum eius octauo Ienensi.

Quæ omnia cum Bremensibus, Pezelio præsertim, ignota non sint: iudicent pie mentes, quàm sine omni conscientia, pietate & timore Dei causam suam agant isti homines.

Quomodo Ζωογόια quidem istiusmodi, quæ sit localis co-
Bremenses existentia vel inclusio corporis Christi in Pane, nec A-
 vocabulo postoli crediderunt, nec Lutherus. Quod autem sub-
Ζωογό-stantialem corporis Christi in Cæna Domini presenti-
as ludât. am, quæ sit in mysterio, non supra in cælo, sed in Eccle-
Grab sic cætu, apostoli non crediderint (sicut Grab sine
 fronte contendit) aut Lutherus V N Q V A M illam
 improbârit: non sine cæterio conscientia sua (si quam
 habent) affirmabunt Bremenses. Clarius enim vox &
 sententia Lutheri de hoc doctrinæ capite sonat in auri-
 bus Ecclesiarum orbis, quàm ut negari possit. Quem-
 admodum neque sententia nostra Cardinali Camera-
 censi, ceu humanum inuentum consubstantiationis
 (vt Grab odiosè nominat) acceptum fertur à Luthero.
Pag. 181. Sed refert Lutherus, sibi ex Cameracensi occasionem
 datam cogitandi, multò probabilius esse, si in altari
 verus panis verumq; vinum, non autem sola acciden-
 tia esse astruantur. In qua etiam sententia stabilierit
 ipse (Lutherm) conscientiam suam: nihil agens de
LOCALI

LOCALI existentia corporis & sanguinis Christi: sed de Sacramentali siue mystica. Sed & Apostoli non fuerunt tam increduli homines, qui hæc mysteria ad suæ rationis calculum vocanda censuissent. Qui simplici fide in verbis Christi acquiescentes non dubitarunt, se id percipere ore suo (licet in mysterio, mediantibus Sacramentalibus symbolis) quod Christus solennibus Cœnæ suæ verbis promisit. Qui dicens: Accipite, edite (quod ore utique fiebat) & immediatè exponens, quidnam ore manducandum exhibeat, verbis hac luce clarioribus pronūciat hoc esse corpus suum: ut indicet, non panem nudum se illis manducandum ordinare, sed mediante pane tanquam mysticæ huius $\chi\omicron\iota\varsigma\omega\alpha\iota\varsigma$ symbolo, corpus suum ore sumendum dispensare. Tamen si oralis hæc manducatio respectu corporis Christi non Physica sit, sed iuxta naturam & conditionem cœlestis huius conuiuij planè mystica. Et licet Dominus non utatur voce $\epsilon\iota\varsigma\chi\epsilon\iota\delta\alpha$: tamen demonstratiuum pronomen $\tau\epsilon\tau\omicron$, quo utitur, irrefragabiliter illud $\epsilon\iota\varsigma\chi\epsilon\iota\delta\alpha$ subinfert. Si enim quis alteri thesaurum exhibere velit, mediante quodam exhibitionis organo, & dicat: Accipe, hic est thesaurus mīl- $\tau\epsilon\tau\omicron$ in le florenorum: certè nō impostor haberi velit, subinfere- verbis Cœ- ret particula demonstrans simul presentiam rei de- na includit nunciata, & illud $\tau\epsilon\tau\omicron$ simul includet $\tau\omicron$ $\epsilon\iota\varsigma\chi\epsilon\iota\delta\alpha$. $\tau\omicron$ $\epsilon\iota\varsigma\chi\epsilon\iota\delta\alpha$.

Huic sententiæ nostræ nihil refragatur Paulus, quando hortatur Christianos, ut in actione Cœnæ mortem $\theta\alpha\tau\iota$ Grabis. Domini annuncient, donec veniat. Neque enim vel

mors Domini omnipotentia communicationem resel-
lit (vt quidem putat Grab) neq; illud membrum (Do-
nec veniat) prostermit Christi secundum naturam Hu-
manam omnipresentiam. Nam si ipsius λόγος realis
COMMVNICATIO, qua, Cyrillo teste, carni
communicauit SEIPSVM, qui est VITA aterna
non obstitit, quod minus Carne mori potuerit Chri-
stus: Si omnis illa plenitudo Deitatis habitans in Carne
non impediuit: Si quod Caro Christi reali communica-
tione viuifica potentia & actionū viuifica est (vt supra
probauimus) non remorata est mortē Christi: vtiq; nec
omnipotentia λόγος hoc impedire valuit, etiā si in illius
realem communicationem, mediāte vnione, peruenisse

Omnipotē- credamus Carnem. Interuenit enim exinanitionis sta-
tia cōmu- tus, qui prestitit, vt non quidem desineret realis com-
nificatio cur- municatio ipsius λόγος (qui est vita aterna) aut ple-
CHRISTI nitudinis Deitatis, viuificaq; virtutis ipsius, vt nec o-
mortē non mnipotētia: sed tantum vt λόγος se, vitam & omni-
impedierit. potentiam suam non exereret per Carnem, sed euacua-
tione vsus seu vsurpationis in illa quiesceret: ipse verò
λόγος & Deitate sua ratione Domini vnuerforum, mi-
nimè cessaret aut interquiesceret.

Omnipre- Caterum visibilis Christi reditus ad iudicium nihil
sentia Chri facit quicquam ad interuertendum inuisibilem eius
sti & redi- presentiam, quā in dextra Maiestatis, Paulo teste, im-
tus ad iudi- plet omnia, & ambulat in medio candelaborū aureo-
cium non rum seu Ecclesiarum suarum in hoc mundo militan-
pugnant, tium, etiam quatenus Filius Hominis est, vt liber Ape-
calypsoes

calypseos testatur. Quia distinctione inuisibilis presentia Agni stantis in medio Ecclesie sua, & visibilis reditus an iudicium, Diuus Ambrosius quoq; est vsus hisce verbis: Licet ubiq; sis, & stans in medio nostrum, non cernaris à nobis: erit tamen tempus, quando vniuersa Caro te afficiet reuertentem.

Porro Lutherus Christum corpore suo definitiuè in Explicatio Cœna esse pronuncians, hoc tantum vult, quod non generaliore illa presentia, qua aliàs indefinitè in Dei dextera præstatur, præstatur præstatur: sed definita quadam & speciali presentia Sacramentali præstatur sit, presentia tali, quæ definitè huic vni & soli actioni Eucharistia sit peculiaris atq; propria. Sed & idè definitiuam dixit, quia CERTO hic adest NOBIS, vt eius possimus reddi participes, sicut ipsemet exponit in Confessione Minore de Cœna: Christi Corpus non est localiter (vt estramen in sacco) in Sacramento, sed definitiuè, hoc definitiuè, est, ipsum CERTO adest. Et quid prodest Grabio, quod Dicitur: ex Lutherus scribit, illum adesse in Cœna definitiuè, cum ista gewislich Grab hoc minimè credat? imò nullam prorsus realem Corporis Christi in Cœna præsentiam statuatur? Quod hoc Syllogismo demonstro: Si Grab ex animo credit, Corpus Christiratione substantia sua in Cœna Domini (qua in Ecclesia cœtu peragitur) verè adesse, aut credet localiter id adesse, aut illocaliter. Verum localiter adesse non statuit, vt neque nos statuimus. Illocalem autem præsentiam modum centies hactenus Christo secundum Humanitatem denegauit. Proinde quia nec localiter,

nec illocaliter: planum fit, quodd nullo planè modo adesse sentiat, quandoquidem inter locale & illocalè nulum est tertium.

Grab 190.

Quid autem sibi volunt ipsius verba: quibus non substantialem, sed Sacramentalem vnionem corporis Christi & panis in ipsa Concordia Lutheri formula statui scriptitat? Vbi, obsecrò, hæc leguntur in Concordia Lutheri formula? quodd vnio corporis Christi & Panis non sit substantialis? Et cur homonymia vocis, ludit suo more Sophista? Si substantialis vnio dicatur, qua substantia diuersa in vnã coeant substantiam, optimo iure talem vnionem substantialem ex agro atque finibus Eucharistia relegamus ipsi. Sin verò repudiatione substantialis vnionis perstringat & configere tentet nostram sententiam, qua duas substantias, corpus Christi & Panem Cœnæ vniri dicimus, non quidem vt in vnã substantiam coalescant, sed vt SACRAMENTALI vnione sumantur in vsu Cœnæ simul, Corpus Christi videlicet mediante Pane consecrato: Sciat iam Grab, se hanc ipsam D. Lutheri formulam, quam frustra nobis obuertit, & opponit, conuellere.

Bremensibus

nihil rei cū

formula

Vuitten-

bergenfi.

Cum qua etiam Bremensibus tam nihil est rei, quàm nihil rei cū nec Heluerijs, qui ob indignorum manducationem clarissimis verbis in ea defensam & assertam, vsq; in hodiernum diem Concordia Vuittenbergenfis formulam illam subscriptione comprobare detrectarunt. Sancit enim expressè Formula, non solum panem & vinum, sed etiam Corpus & sanguinem Christi percipere eos quoque,

quoque, QVI SINE VERA POENITENTIA, & SINE FIDE Sacramentum accipiunt. Cui assertioni manducationis indignorum proprijsimè hic carentiâ fidei & vera pœnitentia descriptorum plenitibys reclamant Bremenses: ac nihilominus vt glaucomam oculis hominum obijciant isti Agyræ, nō dubitant eam pro se allegare, vt pessima fide & conscientia persuadeant incircumspectis, se facere cum Luthero, sentire cum formula Concordia Vuittenbergensis: quam tamen non ignorant sententiam nostram de manducatione indignorum, fide & vera pœnitentia carentium perspicue complecti: atque sic consequenter stabilire manducationem, quæ in mysterio Cœnæ Domini fit ore: siquidem qui fide & vera pœnitentia carent, fide certè Corpus Christi non manducant. Si non fide: Ergo ore manducant, oportet, nisi falsum id dicamus esse, quod Concordia Lutheri verissimum esse pronunciat.

Denig, contra solem veritatis loquitur Grab, quando scribit, causam presentie in Eucharistia, nō in vnione personali, verum in verbis Cœnæ Domini ponere Lutherum & Apostolos. Nōrunt Bremenses, Lutherum, quod possit adesse Corpus Christi in Cœnâ, ex vnione Personali demonstrasse solidissimè, & inter quatuor sua firmamenta, quibus in negotio Sacramentario contra Zuinglium & huius applausores insistat, primo loco posuisse vnionis Personalis articulum. Et quidem non insiciamur, quod VELIT Christum in Cœnâ sub

Concordia
Vuittenb.
asserit m̃a
ducationē
indignorū

Grab 191.

natione

ratione cibi & potus adesse sacramentaliter, hoc VEL-
LE ad institutionem Christi ceu proprium fundamen-
tum retulisse Lutherum. Quod ipsum nos constanter fa-
cimus. Quod autem POSSIT hoc sine aliquo descen-
su Corporis Christi è cælo præstare: id verò ex vnionis
Personalis mysterio & sessionis ad dextram Dei Maie-
state Lutherus primo statim initio certaminis ostendit,
in hæc verba contra Carlostadium infelicè torius istius
Tragædia autorem scribens: Summâ, vesanus Spiritus
nugatur pueriliter, Christum (in Cæna descendere &
ascendere, nec intelligit virtutem regni Christi, quo
pactò sit in omnibus locis, & vt Paulus ait, omnia im-
pleat, Ephes. 4.

Cûr Arti- Et cur Articulum vnionis Personalis à Sacramento
culus vnio- Cæna planè disgregaret Lutherus? cùm Christus ipse
nis non sit solennibus Cæna verbis inclusum voluerit: Hoc est
à Cæna se- MEVM Corpus? Meum, id est, ipsius λόγος corpus,
parandus. quod personaliter vnitum filio Dei ea præstare potest,
quæ nullius alterius hominis quantumuis sancti aut
eximij corpus præstare nouit: ob hoc ipsum scilicet, quia
cum Deo Verbo corpora caterorum hominum persona-
liter vnita non sunt. Quamobrem etiam ducenti Pa-
tres Ephesini concilij articulum vnionis Personalis aded
non censuerunt à cæna negotio separandum, vt potius
contra Nestorium palàm asserant, hoc totum, quod
caro Christi in cæna sit cibus viuificus, hinc dependere,
quia sit caro Dei Verbi omnia viuificare valentis. Et ni-
si λόγος (qui quasi hospes est in hoc cœlesti conui-
uio)

uio) carnem suam ἀλλοτρίαν seu INDISTAN- Omnipra-
TER extra & supra Naturæ sortem & loci conditio- sentia fa-
nem sibi intimè vnitiſſimèq; præſentem haberet, quo- cit, vt non
modo eam ſine locali quodam, licet inuiſibili motu, di- opus ſit
ſpenſaſſet apoſtoliſ, in prima Cœna localiter ab inui- Chriſto de-
cem diſſeparatiſ? Quomodo item ſine deſcenſu è coelis ſc̃ſu è cœ-
præſens in Cœna Sacramento exhiberet corpus ſuum? lis in Cœ-

Et quia Grab à negotio cœnæ reſpectum vnionis Per- nam.
ſonalis omninò vult remotum, ac nihilominus videri
vult ſentire, in cœna Chriſti corpus adeſſe verè: respon-
deat mihi, an non ſuis denuò caſibus irretitus hæreat,
quod ſuprà ſingulari importunitate contendit, ſi præ- Pudenda
ſentiam, quâ Chriſtus in loco eſſe dicitur, non reſpectu contradi-
ipſius vnionis perſonalis conſideremus, protinus conſi- Etio Grabij.
derari & collocari Humanitatem eius extra λόγον.
Iam verò quando de eodem Chriſti corpore in Cœna a-
gitur, poteſt ipſe tum de corpore Chriſti, tum de illius
præſentia, quam Grab in Cœna ſtatuit, cogitare per-
pulgè etiam ſine omni reſpectu vnionis perſonalis.
Quam palpabilem contradictionem diligenter à pio
& veritatis amante Lẽctore notari velim, vt videat,
quales iſti ſint Theologi, quam ſe dent turpiter, dum
prærabie, qua inſaniunt aduerſus gloriam Domini Ie-
ſu Nazareni, neſciunt quid ſcribant aut garriant, vt
cacitate cordis pœnas iuſtiſſimas luanſ ſuæ audacia,
qua ſe auſi fuerunt Immanueli noſtro in dextra æter-
na Maiestatis opponere.

Et hæc quidem ſint dicta de perſonali Chriſti Homi-
nis

nis presentia. Quas enim intertextit indignissimas accusaciones, falsas condemnaciones, ociosas declamationes, sophisticationes & cauillationes puridissimas: cum verè nullius sint pili: satis est de re ipsa respondisse, & Christo Domino & seruatori meo asseruisse diuinam eius Maiestatem, quam in die gloriose sue Ascensionis, & exaltationis ad dextram Dei, sumentem Diabolo, inuitis & indignantibus squamis illius, est adeptus. Ipsi sit laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

TERTIA PARS.

Tota in communefactionibus & vite Christiane regulis prescribendis est sita. Grauius enim hortatur Ephesios, vt flagitijs, quibus extra Christum constituti, gentiles dant operam, abnegatis & omisis, porro sanctitati iustitiarum, studeant.

Hoc itaque dico & testor per Dominum]
Differuit de fine donorum, quæ Christus dextra Dei exaltatus, in suam confert Ecclesiam, videlicet, quod illa ad Ecclesiæ adificationem tendant, vt in mensuram ætatis plenè adultæ Christi succrescant, qui nomen suum dederunt Christo Domino.

Quemadmodum autem in precedentibus monuit fideles, vt in agnitione Filij Dei proficiant: ita nunc in pietate sanctitatemque vite non minus eos vult in Christum succrescere & proficere. Id verò his verbis propo-

nit

nis Apostolus, quorum sententiam eadem operâ redde-
 mus. *ἡμεῖς οὖν* : Hoc itaque dico, tanquam
 Apostolus Christi, atq; insuper religiosè, testor & at-
 testor vos per Dominum, ne posthac (posteaquam
 ad Euangelij communionem estis perducti) ambula-
 tis, quemadmodum & reliquæ gentes, quæ ad-
 huc ignaræ Dei & Christi, ambulant in vanitate
 mentis suæ, occupatæ circa innumeram Deorum tur-
 bam & cultus idololatricos, opiniones supra omnē mo-
 dum vanas & superstitionis. Mentem enim habent
 non radio diuini Spiritus illustratam, sed innata cor-
 ruptionis tenebris plusquam Cimmerijs obtenebra-
 tam. Ideoq; abalienati sunt à vita Dei, à vita eter-
 na, à Deo ipso, qui nihil aliud quàm vita est. Idq; pro-
 pter ignorantiam, quæ est in illis. Nam dum ex
 agnata ignorantia, cognitione Dei, in qua consistit vi-
 ta, destituuntur: hoc ipso à vita quoque sunt abscessi.
 Accedit autem ad naturalem illam ignorantiam, ex-
 cacatio quoq; cordis illorum, quod per Satanam in
 idololatria & superstitionibus sic exacatur, vt etiā id,
 quod adhuc de Deo notum erat ex natura libro & in-
 genito lumine rationis, suffocent & extinguant. Hinc
 adeo fit, vt mercedem suæ illius impietatis percipiant,
 & caliginem mentis consimilis sequatur voluntatis
 omniumq; virium & membrorum *ἀσθένεια*, non iam
 originalis illa, quæ antegressa est, sed actualis. Postea-
 quam enim eo peruenerunt, vt dolere desierint,
 hoc est, vt nullo amplius angantur & tangantur con-
 scientia

scientiæ cruciatu, nec pudore, vel pœnitundine admissorum scelerum, sed hæc iam illis plene arrideant: quasi rupto aggere soluuntur, ac diffuunt in licentiâ omnium flagitiorum, & excusso freno præcipientes aguntur, ut nihil sit tam effusè impium, nihil tam sædum enomiter, aut extremè sceleratum, quod non patrare ausint omni metu Diuini numinis seposito, præcipue verò ea, quæ cum sexto præcepto pugnant. Dediderunt enim semetipsos, impellente satana, lasciuia, ad patrandam omnem immundiciem, exardescentes in semetipsos promiscuè masculi & femelle, sine timore Dei, sine pudore animi, sine conscientia morsu, sine omni expectatione vel metu venturi iudicij. Neque solùm his sunt immersi, sed etiam auaritiæ, quæ illis satis nihil est, sed absque modo & sine appetunt subinde plura. Quem inexplebilem appetitum rei alienæ peruersum, vox $\pi\lambda\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\iota\alpha\varsigma$ exprimit.

Vos autem non sic didicistis Christum, &c.] Flagitiosissima vitæ Ethnicorum opponit Paulus eam, quæ Christianorum esse debet. Quasi dicat: Sic quidem vixistis olim, sic adhuc viuunt, qui agnitione Christi haud dum sunt illuminati, sed solis reguntur & rapiuntur affectibus. Vos autem aliū habetis vitæ & actionum vestrarum magistrum atque ducem, nempe Christum. Hunc audiuiistis & auditis indies in verbo Euangelij per apostolos, & horum in ministerio socios & successores. Ibi vos longè aliter docti & instituti estis. Quomodo verò? Didicistis, quemadmodum sic veri-

tas, seu vera ratio viuendi in Iesu Christo, deponere hominem veterem, qui iuxta priorem conuersationem peccati & immunditiæ corrumpitur. Hanc lucem agnitionis Christi non decent arregrasse flagitiose vitæ mores dissoluti, non inueterata studia, non cogitationes & concupiscentiæ errorum pristina, non veteris Adami vetusta peruersitas ac distortum ingenium. Quin potius noua professione Euangelica de Christo doctrina alios mores postulat, vt renouemini interna Spiritus atq; mentis vestre innouatione, quæ sanguine Christi per fidem aspersa & à peccatis perpurcata; iam aliter affecta sit. Atq; sic induatis nouum hominem, ingenio, cogitationibus, moribus atq; studijs veteri Adamo per omnia repugnantem & oppositum. Qui iuxta Deum, siue ad Dei imaginem olim conditus est in vera iustitia & sanctitate. Ad cuius primæuæ imaginis ideam decet vos contendere, atq; huc laborare, vt illa in vobis magis magisq; restauretur.

Quapropter deposito mēdacio, &c.] Quod generatim hucusq; monuit, nunc specifica vitiorū, quæ deuitare, & virtutum, quas amplecti conueniat, enumeratione persequitur. Mendaciū enim octauo præcepto diuinitus interdictū ac prohiberetur vult deponi. Cuius nomine omnem in sermone vanitatem & inconstantiam, nec non vafriem & verba ad decipiendum comparata intelligit. Atq; huius loco vult coli cādidam atq; simplicem veritatem, quā loqui debeat quisq; proximo suo, assignata ratione à corporis similitudine petita;

B b

quia

quia scilicet simus inuicē membra: Ideoꝝ, indecoꝝ
 rum ac turpe sit mendacijs circumuenire alios. Irasci-
 mini, & nolite peccare, &c.] Quoniam in communi
 vita varie incidunt cause, que hominem ad iram concit-
 tare possint, monet ex Psalmo quarto, si omnino iusta se
 offerat irascendi occasio, dent operam, ne ira nimium
 indulgendo in peccata grauiora cum quinto Decalogi
 precepto pugnancia per animi impatientiam ruant.
 Neq; etiā insidere animo vel radices agere sinant, quia
 ne quidem cubitum eant, quin pectus suum ab hoc affe-
 ctu probē defecārint. Quod vult Paulus prouerbiali sen-
 tentia precipiens, ne Sol occidat super iram illorū.
 Cui regula hanc adijcit rationem: neque detis locū
 calumniatori] hoc est, ne iram diutius fouendo locū
 detis Satina, quem χεῖρ ἐξοχῆ Scriptura hic & alibi
 multoties ὁ Ἐλὺς seu Calumniatorem, ab ingenio
 & studijs eius appellat. Is enim arripit occasione in il-
 lam offensarum, si non protinus eijciantur, vt in dura-
 bile odium illas conuertat, animos hominum distrabat,
 & vinculum Christiane charitatis inter eos rumpat.
 Qui furabatur] Ex septimo precepto Decalogi vult
 Ephesios à furto, hoc est, ab omnibus rationibus & mo-
 dis deterritos, quibus vtuntur impij, vt aliorū bona in-
 uadant & ad se pertrahant. Hoc peccatum similiter
 vult corrigi, & contraria virtute permutari, quam hic
 inculcat verbis: Magis autem laboret, operando
 manibus quod bonum est, vt possit impartiri
 ei, qui opus habuerit. Sicut enim furta plerunq; ex
 ignauis

Ignauo ocio suam originem trahunt, sic ubi gnauius laboratur manibus, potest quis se & suos honestè alere, atque sic intercludit Diabolo aditum sollicitandi ad furta, cum ex proprio labore tantum suppetat, ut & vitium honestum habere & alijs egenis impartiri queat.

Omnis sermo spurcus, &c.] Contra sextum praeceptum plerumq; peccatur sermone spurco & lasciuo, ex cordis abundantia profecto. Eum verò ab Ephesius sic abesse vult Paulus, ut emphaticè dicat: Ex ore vestro non procedat: Quasi dicat, Os vestrum debet ad diuini nominis celebrationem esse reformatum & instructum, tanquam officina laudis & gratiarum actionis: ideo caute, ne spurcicies sermonis vlla ex eo egrediatur.

Sed si quis est bonus ad ædificationem] Vestri sermones non praebeant offendiculum alijs sed ædificationem, ut ad pietatem profint audienti, eiq; dent gratiam, hoc est, ut grati sint sermones vestri & quidem quoties opus est, seu quoties tempestiua fere occasio, ut quis loquatur: sapè enim tacere praestat quàm loqui.

Huic porro regula rationem valdè insignem annexit: ne contristetis Spiritum sanctum Dei. Subindicans, spurco & illiberali sermone Spiritum sanctum conturbari. Καὶ ὁ ἄνθρωπος πῶς θείας αὐ-
rem conturbari dicitur SPIRITVS SAN-
CTVS, qui aliàs propriè loquendo nulli huiusmo-

di perturbationibus obnoxius est. Hac autem turbandi voce indicare vult Apostolus, Spiritui sancto non placere, sed absolute perfecteque displicere, & immutabili voluntati eius esse contrariam omnem verborum spurcitiam. Hunc ergo non vult conturbari, id est, offendi, & in Maiestatem eius impingi, ne profanatum sermonis fœditate hospitium deserat, hominemq; Diuina sua opesolatioq; destituat. Hanc enim regulam suam rationem ratione munit alia, docens, quamobrem offendi nō debeat Spiritus Dei, quia hoc ceu sigillo sint obsignati in diem redemptionis, hoc est, in illam præclaram spem futura plenaria redemptionis, quam fideles expectant.

[Omnis amarulentia, &c.] Cumulat præcepta seu regulas vitæ Christianæ, quibus præcipue sermonem fidelium formare pergit. Hunc non vult esse amarulentum, qui dictis aut sarcasms virulentis acriter pungat. Sed nec tumidum, seu inflatum, qui cordis arrogantiam & stoliditatem prodat. Nec vult illum irâ ceu felle infectum, nec clamoribus aut vociferationibus insanum, nec ad maledicentiâ pronum. Hac vitia tollantur à vobis cum omni malitia, seu malignitate, quæ proximo verbo vel facto nocere studeat.

[Sitis autem inuicem alius in alium comes] Vstata antithesi vitij sermonem hominis deformantibus gratiam virtutem comitatis opponit, quæ se cunctis præbeant affabiles, comes & humanos. Misericordiam porro exigit, vt ex affectu misericordiæ tum mutuis miserij condoleant, tum mutuis erratis condonent,

donet, atq; hac in parte in diuina misericordia speculum intueantur, siquidem & Deus per Christū illis peccata innumerabilia clemēter remisit & cōdonārit.

LOCI COMMVNES.

Primus. De summa miseria populorum, qui sunt extra Christum, qui ambulant in vanitate mentis suae, obtenebratam habentes mentem, Dei & Christi nesciam. Hi verē dicuntur ambulare in caligine mortis, & exitialis ignorantiae tenebris: Haud aliter ac ij, qui densissimis noctis tenebris, omni luce penitus ē medio sublata, per inuia loca ingrediuntur, nesciunt quō vadant, etiam Christo teste, Ioan. 12. & facili momento vel impingunt, vel in aquas incidunt, vel per precipitia ruunt, & collum frangunt.

Secundus. Ex opposito igitur Christianorum felicitas enitescit, qui ambulant in luce Christi, & in splendore Dei nostri, quibus sol iustitiae est ortus, & lucerna Esa. 60. pedum verbum Domini viam monstrat, quam ambulant, atque sic in Dei lumine lumen aeternae beatitudinis Psal. 119. vident & agnoscunt. Hi habent, de quo gratias agant Psal. 36. ei, à quo ē tenebris in admirabilem istam lucem sunt euocati, 1. Petri. 2.

Tertius. Ex hoc ipso autem nascitur hac commonefactio, quam Paulus ad Ephesios instituit, ne post hac in vanitate mentis, in ista tetra & atra caligine ignorantiae Dei, & peccatorum mortiferis tenebris ambulemus, sed tanquam filij lucis, abnegatis & abiectis operibus Ephes. 5. tenebrarum in frugiferis, porro faciant opera Spiritus, Phil. 2.

Bb 3 induiti

- Rom. 13.** induci arma lucis, tanquam in die compositè ambulantes, non comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac lasciujs, non contentione & emulatione: sed lucem suam lucere sinant coram hominibus, vt videant homines illorum bona opera, & glorificent Patrem qui in cælis est. Nam si gentiles etiam reprehenderunt eos, qui quandam præ se ferebant *σεμνότης* & gravitatem in vultu, atque nihilominus domi sue flagitijs se contaminabant, vnde illud ortum: Qui Curios simulant & Bacchanalia viuunt: quanto seueriorem castigationem merentur, qui Christianismum professi Ethnicismum viuunt.
- Matth. 5.**

Quartus. De naturali deprauatione humana Nature, quod Natura hominis sibi ipsi derelicta expers est lucis agnitionis Diuine. Quanquam enim super sunt in mente quadam de Deo notitiæ, putà quòd sit Deus, sit colendus: tamen quis ille sit in essentia & personis, quomodo peccatis nostris offensus reconcilietur nobis, quæ sit ipsius erga nos voluntas, quem cultum postulet: nescit Humana ratio. Et quæ residua illi mansit de Deo notitia, facile in grauioribus conscientia certaminibus euanesceat, ni salutaris illa, quæ solo Dei verbo reuelatur, mentem hominis illustrarit. Voluntas porro sic deprauata est, vt velut equus excusso sessore in precipitia peccatorum magno cum impetu feratur. Quam extremam peruersitatem Natura eò notemus, vt in diuinis nihil nobis superesse statuamus

statuamus virium ad Dei gratiam nos preparandi, sed soli misericordia diuina hoc demus, qua per verbum virtute Spiritus sancti cæcas & obtenebratas hominum mentes illuminat, & voluntatem in conuersione flectit & trahit, vt Saluator Ioannis 6. affirmat. Quamobrem Deum oremus, vt nos suo regat Spiritu, ne vnquam laxato freno peruersitati Natura, in præcepta feramur, sed intra semitam mandatorum ipsius contineamur & seruemur, Psal. 119. & 139.

Quintus. Monemur esse gradus quosdam impietatis in hominibus. Equidem ratione originalis malitia sumus ferè pares, nisi quatenus pro diuersitate temperamentorum alij adhuc, alij ad alia peccata ipsa peruersa natura inclinatione propendunt magis. Hæc porro originalis malitia robur acquirit per peccata actualia. Vbi rursus luculentam differentiam licet animaduertere. Nam etiam inter homines non renatos, qui saniores sunt, repugnant aliquo modo suis affectibus, ne in enormia illa flagitia prorumpant. Alij non ita se continent, sed frenum laxant carnalibus desiderijs. In quibus hoc rursus se offert discrimen, vt nonnulli vel inter peccandum, vel certè peccato admissò quendam conscientia inorsum & acrem stimulum persentiscant. Alij verd in impietatis cursu longius prouecti sunt, vt ad occlamantes conscientia dictam aures animumq; obstruxerint.

& dolere de admissis sceleribus desierint, atq; sic plenus cursu ad exitum properent. Christiani igitur se probe muniant, ne in via hac transgressorum ambulent, sed peccatum originale doment, ne in concupiscentias prauas prorumpat: concupiscentia porro, si qua oboriatur, virtute Spiritus sine mora reluctantur. Sin vero illius blanditijs circumuenti, in grauiora peccata sunt prolapsi, ne sint securi, vt hi, qui conscientiam obruunt & suffocant, positoq; pudore frontem perfriquant & callum obducunt, & ad quasuis admonitiones penitus obbrutescunt, quales erant, de quibus testatur Apostolus, quod dolere desierint. Quin potius agnito peccato, Dei misericordiam implorent, & ad curatorem animarum confugiant, qui pro totius mundi peccatis satisfecit, vt requiem inueniant animabus suis. Caueant autem, ne peccatis rursum inuolui se patiantur, ne postrema fiant deteriora primis, Ioan. 5. & 8. 2. Petri 2.

Sextus. Quod gentes scribuntur S E M E T I P S A S deditisse lasciuie ad patranda omnem immunditiam: luculenter hinc apparet, quomodo intelligendum sit illud Roman. 1. vbi scriptum legitur, quod D E V S tradiderit gentes per cupiditates cordium in immunditiam. Quod nequaquam eo est accipiendum, vt nonnulli per horribilem diuini nominis maiestatisq; contumeliam exponunt, quasi Deus ipse efficaciter gentes impulerit ad peccata enormia illa: quae Spiritus sanctus NON ESSE EX PATRE diserta oratione

gione clamat, 1. Ioh. 2. Sed tradidisse dicitur illos in immunditiam, quatenus ad vindicandā antegressam idolomaniam eas reliquit sibi met ipsis. Quæ deinde Satana instigante, semetipsas sordibus impunitatis & peccati toras immerferunt. Ita Paulus id, quod Roman. 1. duriusculè videtur dictum, duobus in locis explicat. Primo Act. 14. Deus præteritis ætatibus SINEBAT omnes gentes ingredi vjs suis. Et hic ad Ephesios: Gentes ipsæ se dederunt lasciviæ ad patranda immunditiam.

Septimus. Dum gentiles ab alienatos scribit à vita Dei propter ignorantiam, quæ sit in illis: monet Apostolus vitam Dei non regnare, nisi ubi viget & regnat ipsius salutaris agnitio. Idq; nos docet Paulus ex concione Christi, Ioh. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Patrem solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ideoq; vita æterna ineffabilem beatitudinem haud veretur Spiritus sanctus in eo collocare, quod cognituri simus Deum, sicut & cogniti sumus: non amplius in speculo seu anigmate, sed facie ad faciem. 1. Corinth. 13.

Octauus. Cognitionem Christi non in sola deoerq; versari, sed simul in praxi vitæ & conuersationis Christianæ, dicente Apostolo: vos autem non sic didicistis Christum, &c. Proinde si quis maxime nouerit omnia mysteria, viuat autem impiè, Christum haud dum rectè nouit. Et satius illi foret viam veritatis non agnouisse, vt Petrus ait: Siquidem seruus, qui cognouit vo-

Bb 5 luntatem

luntatem Domini, nec se preparauit, vt secundum voluntatem eius faceret, plagis vapulabit multis, *Lucæ 12.*

Nonus. Patet ex Apostoli concione infinitum illud discrimen, quod doctrinam Ecclesiæ ab omnium profanorum populorum idololatrica religione dispescit. id verò inter alia in effectibus vtriusque eminet. Testis est Paulus, quanta non solum cum ignorantia & vanitate coniunctæ fuerint illæ gentilium superstitiones: verum etiam quam secum traxerint effrenem quorumuis scelerum flagitiorumque licentiam. At verò hæc religio, quæ Christum docet, ac profitetur, veros suos cultores ab illis furoribus Ethnicorum seuocatos ad solidam pietatis amorem inuitat & allicit. Et quod Moses in populo Israëlítico tanquam eximium priuilegium **Dent. 5.** prædicat, quod nulli vnquã genti Dominus in tam sanctis statutis se reuelârit, vt Hebræorum nationi: id multò magis etiam de sacrosancta & adoranda Euangelij doctrina confirmare licet, quæ maiestate sua lectori auditoriue non solum singularem reuerentiam incutit, animum illius viuido sensu afficit, & in pectore Christianorum (tanquam habens diuini spiritus cœlestem virtutem adiunctam) pietatis sanctitatisque spirituales & internum amorem ciet ac sancit.

Decimus. De auaritia, quæ numeratur inter gentilium peccata, cum hęc, tum Romanor. Ergo fugiant illam

illam Christiani. Est quippe idololatria, Iob. 13. Mat-
thæi 6. Ephes. 5. & Coloss. 3. Est radix omnium malo-
rum, 1. Thimoth. 6.

Vndecimus. De veteri & nouo homine. Non
autem substantia diuersitate alius est homo vetus,
alius homo nouus: Sed vnus idemq; Homo, à semetipso
secundum discretionem status & conditionis differens.
Et quidem in impijs regnat vetus homo cum affectibus
& concupiscentijs suis. Neque in ijs locum habet homo
nouus. In pijs vterq; deprehenditur. Quatenus enim
Paulus (exempli gratia) etiamnum sentit in se pecca-
torum reliquias, ea ratione adhuc illi res est cum vete-
re homine, cui reluctatur spiritu, ne regnet in morta-
li corpore, Romanor. sexto & septimo. Quatenus
autem renouatus spiritu mentis sue viuunt Deo, dicitur
Paulus homo nouus, noua creatura, iuxta illud: Si
quis est in Christo, noua creatura est, 2. Corin. 5.
Manet autem nihilominus substantia sua ratione v-
nus idemq; Paulus: non fit geminus, vt Flacciani de
suo Physico & Theologico homine substantijs discre-
pante somniant. Cuius rei testem habemus Paulum
ipsum. Is Romano septimo discernit quidem homi-
nem internum & externum, dicens se secundum
interiorem delectari lege Dei, inuenire autem legem
aliam in membris suis rebellantem legi mentis sue &c.
Verum ne quisquam putaret, de duobus hominibus agi
substantiâ diuersis, ipsemet luculenter sic declarat:

Itaq;

itaq³ IDEM EGO mente quidem (id est, in quantum anima & corpore regeneratus sum) seruius legi Dei. Carne verò (hoc est, in quantum adhuc tum in anima tum corpore peccatorum reliquias circumfero) legi peccati.

Duodecimus. Laborandum nobis esse, vt instauretur in nobis imago illa Dei, qua per lapsum horribiliter est destructa. Hinc adeò iubemur renouari Spiritu mentis nostræ, & induere nouum hominem, qui secundum Deum sit conditus, &c. Hinc Corinthijs scribens Paulus vult nos reiecta facie gloriam Domini in speculo representantes ad eandem imaginem transformari à gloria in gloriam tanquam à Domini Spiritu. Sicut ergò per primum Adamum destructa est imago Dei in humano genere: sic instauratur per secundum Adamum, quando is per fidem nos Filios Dei efficit, quando ad conformitatem Patris cœlestis nos per Spiritum Sanctum renouat: vt misericordes simus, sicut & Pater misericors est, Luc. 6. vt perfecti simus, sicut & ipse perfectus est, Matth. 5. perfectione scilicet ea, quam in hac vita ope Christi valemus assequi, vt sancti simus, sicut & ipse sanctus est. Leuit. 19. vt vnum simus, sicut ipse vnâ cum Filio & Spiritu sancto est vnum, Iohan. 17. Vt hoc modo referentes imaginem Patris cœlestis, nos filios ipsius minimè degeneres declaremus.

Decimustertius. Docemur vltcrius, quòd imago Dei propriè non fuerit ipsamet primi hominis substantia, sed

tia, sed qualitarum summa perfectio, nimirum lux agnitionis diuina, iustitia & sanctitas vera. In his quippe primeuam illam imaginem sitam tradit Apostolus. Certum est autem iustitiam originalem, in qua collocat Paulus imaginem Dei, non fuisse animam & corpus Adæ. Nam iustitiam sanctitatemque suam amisit per lapsum: animam & corpus verò numero eadem retinuit, licet deprauata illa sint per transgressionem horribiliter, succedente in iustitiæ locum iniustitia peccati. Si verò iustitia originalis nil quicquam aliud fuisset, quàm ipsa primi hominis anima & corpus: tum aut amissa iustitia, amisset simul animam & corpus suum, aut his retentis iustitiam quoque retinuisset.

Decimusquartus. De fugiendo mendacio, quod octauo præcepto prohibetur. Ideoque exosum est Deo, sicut scriptum est: Abominatio Domino labia mendacia, Prouerb. 12. Habetque Patrem & authorem Diabolum, teste Christo, Ioh. 8. Ideoque mercedem omni iniquitati debitam accipient mendaces, nempe interitum, Prouerb. 19. eum verò non temporalem duntaxat, sed æternum, Apoc. 21. & 22.

Decimusquintus. De colenda veritate. Quæ virtus non minima quasi pars est illius imaginis Dei, per Christum in nobis instauranda. Qui ergo veraces sunt, conformant se ad Dei effigiem, Deus enim est veritas ipsa, & is demum habitabit cum ipso in monte sancto eius, qui veritatem loquitur ex corde, Psal. 15.

Ad

Ad hanc colendam exhortatur populum suum Zacharias 8. capite.

Decimus sextus. De ira, quæ non est vniusmodi. Est enim quedam ira iustus Zelus, quo exardescit homo non contra personam proximi, sed aduersum peccata illius.

Qui Zelus si sobrius sit, nec extra terminos recti præcepti feratur, reprehendendus non est. Sic Moses Israëlitis irascitur ob idololatricam: Sic parentes possunt ac debent irasci peccatis liberorum. Et reprehenditur Eli, quod se flagitijs filiorum suorum non sit passus commoueri. Et de hac ira sonat illud Davidis & Pauli: Irascimini & nolite peccare. Volunt igitur illi Dei serui, ut etiam in causa iusta modus quidam ira statuatur. Multò verò magis ira quæ nulla iusta causa vel ratione nititur, Christianis maximopere est deuitanda, quandoquidem hæc Iacobo teste, iustitiam Deo minime operatur, Iacobi 1.

Decimus septimus. De pia reconciliatione Christianis extremè necessaria. Paulus ne quidem Solem occidere vult super iram nostram. Nam cum simus omnes mortales, & hora mortis nos fugiat: qui scire possumus, cum dormitum imus, quid de nobis in crastinum sit futurum? simusne è lecto surrecturi viuere vel non? Quam ergò necessarium est, ut Deo pijs precibus nos commendemus? Orare autem non possumus, nisi remittamus iram aduersus proximum conceptam. Quod non sine causa toties inculcat Saluator, Matt. 5.

& 6.

Et 6. Et sub finem huius capituli proponit nobis Spiritus sanctus per apostolum Paulum exemplum Dei, ut condonemus nobis inuicem, quemadmodum & Deus per CHRISTVM condonauit nobis. Id quod CHRISTVS Matth. 18. elegante Parabola illustrauit. Verum sit & hoc nobis efficacissimum argumentum, quod adiecit sue commonescationi Paulus apostolus: Ne detis locum Diabolo. Quamprimum enim is cor hominis ira accensum intelligit, tota contentione laborat, ut ira concepta in durabile odium transeat. Quod ubi consecutus est, iam iam plenum in homine dominium acquirit. Quandoquidem odium annumeratur ijs operibus carnis, quae cum fide, gratia Spiritus sancti, & coelestis hereditatis consortio stare simul haud possunt. Gal. 5.

Decimusoctauus. De cauendis furtis Dei lege sub praecepto septimo vetitis. Vbi damnantur omnis generis fraudes, & imposturae, quibus aliorum bona inuadunt homines, siue id fiat clam, siue aperta vi, siue sub aliquo iuris praetextu. Atque sic in classem furum rediguntur omnes ij, qui quacumque ratione insidiantur aliorum fortunis. Itaque mundus repletus est furibus, & vix vlla tribus latius patet: ut in contractibus, emptione, venditione, & in quibusuis officijs & opificijs innumera propè talia occurrunt. Nos apostolo nostro pareamus, ne furemur, nec opprimamus aut defraudemus fratrem in negotio, propterea quod vltor sit Dominus de his omnibus, 1. Thef. 4. Sicut scriptum

scriptum est: An nescitis, quod iniusti regnum Dei non consequentur? Hac de re passim extant Prophetarum commonitiones. Leuit. 19. Deut. 25. Prouerb. 11. & 20. Esaia 5. Amos 8. Michea 6.

Decimus nonus. De labore manuum, qui humano generi est impositus ad comparandum victum iuxta illud: In sudore vultus tui comedes panem tuum, Genes. 3. Idq; ne nobis videatur molestum, cum Dominus sic ordinarit, Syr. 7. Ergo hac Dei ordinatio excitet homines ad molestiam illam in laboribus vocationis æquo animo deuorandam. Similiter promissio benedictionis Diuina, quæ fortunat piorum labores, ipsq; ultimam imponit manum, Deut. 28. & Psal. 128. & vel sola diuites facit, Prouerb. 10. Quamquam ergo sunt amara radices laborum, fructus tamen sunt dulces. Siquidem per hoc medium acquiritur Deo benedicente victus, vt qui grauiter laborat, se suosq; honeste possit alere. Psal. 37.

Vigesimus. De vitando ocio. Paulus enim ociosos & ignauos fucos in Rebus pub. Christianis tolerari non debere hoc ipso indicat, quod laborare vult Ephesios. Ideoque diserte scribit, 2. Thess 3. Cum essemus apud vos, hoc precipiebamus vobis, vt si quis operari nolle, is nec ederet. Ideoq; sancit ibi: Hu; qui sunt istiusmodi, precipimus & obsecramus per Dominum nostrum Iesum Christum, vt cum quiete operantes suum ipsorum panem edant. Ocium enim est verè puluinar Satana. Et agnouerunt ipsi quoque Ethnici, quod ocium sit fomentum & pabulum vitiorum. Id quod Historia sacra

de Dina, de Dauide, & alijs abundè restatur. Quin oriofi
turbant ordinem Dei, qui suam cuiq³ vocationem assi-
gnauit, suum cuiq³ laborem imposuit, dona insuper de-
dit, & talentum cuiq³ suum, quod non defodiendum
esse Christus sub parabola nos edocet.

Vigesimus primus. Insulsa porro & inepta est
Anabaptistarum opinio, qui talibus de MANVVM la-
bore dictis & testimonijs autumant, Concionatoribus
quoque regulam prescribi, vt manibus laborent. At verò
si hoc ab illis requireretur, quid opus esset eos ex Ecclesia
stipendijs alere? Esse autem alendos stipendijs Ecclesia
Diuus Apostolus, 1. Corinth. 9. tradit. Et si autem non ex-
ercent illi manuaras operas (quas Syracides 39. vult à
concionatoribus esse alienas) tamen suum certè susti-
nent laborem & sudorem: laborant quippe in verbo &
doctrina, 1. Timoth. 5. Atque hunc laborem assignat eis
Spiritus sanctus: Attende lectioni, exhortationi & do-
ctrine, 1. Timoth. 4.

Vigesimus secundus. Cùm Diuus Apostolus Pau-
lus velit Christianos laborare manibus, vt possit impar-
tiri ei, qui opus habuerit: hoc præcipuè opus pietatis eis
commendat, vt libenter & liberaliter egenis de suis fa-
cultatibus subministrant. Hoc sanxit Dominus, Deu-
ter. 15. Largissimis quoque promissionibus ad piam hanc
liberalitatem colendam nos prouocat: quoties vel ma-
num aperiri pauperibus iubet, vel residuas in agro spi-
cas, & in vineis racemos relinquì precipit. Quin scri-
ptura

ptura retributionem in alterum quoque seculum extendit, Matthai 25. Luca 14. & 16. Galat. 6. i. Timoth. 6.

Vigesimustertius. Stabilitur manifestò testimonio rerum dominium, facultatumq; proprietas, & euertitur opinio Anabaptistarum de communione bonorum. Proprietas rerum confirmatur hoc precepto Dei, quod allegat Paulus: Qui furatus est, ne furetur amplius. Deinde cum vult, vt quisq; labores, vt habeat tum pro se, tum vt alteri egenti impariatur. Quia omnia de nihilo praciperentur, si qua Ego habeo, iam antè essent mei quoque proximi. Confirmat hanc proprietatem bonorum Christus, quoties iubet vt de nostris facultatibus iuuemus pauperes, vt de iniusto, hoc est, alieno Mammona amicos illos nobis faciamus, vt ad conuiuia nostra inuitemus, Luca 14. & 16. Atqui si in Christianismo omnia essent communia: omnes etiam pariter essent diuites. Stabiliri propositum nostrum multis alijs rationibus posset, si ad viuum eas rescare animus esset. Pauca delibabo. Paulus 1. Corinth. 6. testatur, lites de facultatibus esse ortas inter Corinthios. Quod fieri non potuisset, si nullus eorum possessiones habuisset proprias. In posteriore ad Corinthios hortatur, vt quisq; eorum iuxta id quod possideret, item secundum propositum cordis, non ex molestia aut necessitate, contribuatur ad sustentationem pauperum 2. Corin. 13. in Iudea. Ergo habuit quisq; suas possessiones, de quibus 8. & 9. vnumquemlibet vult pro modico facultatum elargiri.

Et con-

Et contractus aperte Paulus approbat, scribens: Qui emunt, sint, tanquam non possideant: emptionem simul & possessionem concedens, dummodo animus his terrenis affixus non sit. Similiter dum præcipit, ne quis opprimat in negotio fratrem suum, nonne possessionum distincta dominia confirmat? Siquidem in illa Catapristarum communione contractus nulli locum habeant. Concedens insuper Apostolus, ut Christiani possint esse diuites, & Regulam diuitibus præscribens, quo pacto viuere debeant, ne per diuitiarum abusum æternis opibus excidant: manifeste profectò rerum distinctionem fulcit & approbat.

1. Cor. 7.

1. Theff. 4.

Quod ipsum stabilium nobis ea testimonia, quibus Iacobus & Ioannes ab egenis viscera non claudiminent: nec nõ quories vel Paulus, vel Petrus, vel Autor Epistole ad Hebræos hospitalitatis virtutem Christianis commendant. Cuius exercenda omnis occasio tollitur, si rerum sublatæ sit proprietas.

Iacobi 2.

1. Ioan. 3.

Rom. 12.

1. Pet. 4.

Heb. 13.

Vigessimus quartus. De regenda lingua salutes præscribit Regulas enarrata pericope. Et quidem solerti potest, Rectore indiget lingua hominis. Nã cū equi frenis possint coerceri, cū naues nautarū regatur gubernaculo: Lingua tamē nullus hominū, Iacobo affirmate, domare potest, incoercibile malū, plenū veneno mortifero. Sicut enim exiguo igni excitatur ingēs incēdū: Sic lingua verē ignis est, Mūdus quidā iniūitatis, totū corpus sedē cōmaculās, & à gehēna inflāmāt a vniuersum corpus accēdēs: per ipsam quippe benedicimus Deo & Patri,

Iac. 3.

Cc 2 & per

& per ipsam maledicimus hominibus, qui ad similitu-
Syr. 28. dinem Dei sunt conditi. Et lingua hominis peruersa dis-
 cordias in humano genere serit, vrbes inuitas conterit,
 principatus euertit, in exilium eijcit mulieres probas
 & cordatas. Flagelli plaga liuorem efficit: os verò per-
 uersum comminuit ossa. Gladio cecidere multi: verum
 longè plures incontinentis linguae verbere. Cum ergo
 lingua hominis hanc omnium malorum lernam rebus
 humanis inuehat, nisi in officio contineatur: operam
 demus, vt secuti monitum Apostoli cohibeamus eam, ne
 quid temerè effutiat, cuius nos coram Deo & hominibus
 pudere & poenitere queat. Prescribamus ei, quid loqui,

Syr. 28. quid tacere debeat. Nam si pradia tua sepe circun-
 das: cur non multò magis ori tuo repagula ponis &
 ostia? Si aurum argentum vetuum ad stateram exigis:

Matth. 12. cur non multò magis verba tua? Siquidem de quolibet
 ocioso verbo danda in nouissimo die ratio est. Et pertur-
 batur Spiritus sanctus sermone impio, vt sordidum il-
 lud hospitium abomineatur & deserat. Caue ergo ob-
 sceni quid loquaris, caue ne sermo spurcus ex ore tuo
 procedat: caue ne virulentam aut maledicam linguam
 in aliorum acuas exitium. Sis memor eius, quod ex Da-
 uide Petrus allegat. Qui vult vitam diligere, & dies vi-

Psal. 34. dere bonos, coërceat linguam suam à malo, & labia sua
1. Pet. 3. ne loquantur dolum.

Vigesimus quintus. Quo sigillo fideles sint obfi-
 gnati in diem redemptionis sue, nimirum Spiritu san-
 cto. Hic est arrhabo hereditatis illorum, Ephesi. sicut
 scriptum

scriptum est, 2. Corinth. 1. Qui confirmat nos vnâ vobiscum in Christum, & qui vnxit nos, Deus est: qui etiam obsignauit nos, deditq; arram Spiritus in cordibus nostris. Quod aduersus Ethnicam doctrinam Pontificiorum de dubitatione notandum venit. Quorsum enim attinet, vt fidelis aliquis homo renatus, salutem suam in dubium vocet? cum eius rei certissimum sigillum acceperit Spiritum sanctum, qui obsignat corda illorum, vt certi sint de Dei paterno fauore, & ex fiducia filiali clamare ausint: Abba Pater, qui etiam Spiritus testimonium perhibet Spiritui illorum, quod sint Filij Dei: De cuius testimonio dubitare nefas est. Qui enim non credit ei, mendacem facit illum: quantum in se est.

Vigessimus sextus. Cuncta nostra dicta sunt attemperanda, vt adificemus alios, offendamus verò neminem. Qua de re vberiore tractationem audiemus capite quinto.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

IN tres partes hoc caput commodè diuiditur, Prima parte cœptam adhortationem persequitur, & quæuis Christianæ pietatis præcepta defugiendis flagitijs, colendis autem virtutibus quodam *συμφοροῦσιν* accumulât. Deinde specialem regulam præscribit mulieribus fi-